tentia pro ſe aut pro ſuis diſcipulis vſus fuerit. Pro
turbis autẽ: ſi quas pauit in multitudine magna de
paucis panibus. De diſcipulis autem legimus ꝙ eo
preſente ſpicas vellebant propter famam ꝛ comede-
bant. Similiter cum fatigatus de itinere ſedebat ſu
per puteum loquẽs cũ ſamaritana/nõ ꝺꝛ ꝙ creauit ci
bos nouos: ſꝫ ꝙ miſit ad ciuitatem diſcipulos ad ci-
bos querendũ. Nec ẽ veriſimile ꝙ per miraculũ ſibi
prouiderit: qꝛ miracula faciebat ad alioꝝ edificatio-
nẽ ꝛ in preſentia plurium/ibi aũt nõ erãt niſi angeli.
Quid ergo circa hoc meditabimur: in mõte enĩ illo
nõ erat habitatio hoĩm/ꝛ parata cibaria portauerunt
ei angeli ſicut ꝯtigit danieli. Cũ enĩ Abacuc ꝓphe-
ta paraſſet pulmentum meſſoribꝰ ſuis: portauit eum
angelꝰ dñi ꝑ capillos de iudea in babilonẽ ad danie
lẽ vt comederet/ꝛ poſtea ĩ momẽto reportauit. Memo
remur ergo hic/ꝛ hũc modũ aſſumamꝰ ꝛ iocũdemur
cũ dño in hoc prãdio. Sẽtiatqꝫ mater ſua excellẽtiſſi
ma de hac eadẽ iocũditate ꝛ victoria pieqꝫ ac deuote
ſic meditemur. Veniunt angeli ſathana repulſo in
multitudine magna ad dñm ieſuꝫ/ꝛ adorãtes eũ ꝓci
derũt ĩ terrã dicẽtes. Saluete dñe ieſu deꝰ nr̃ ꝛ dñs

noſter. Et dñs benigne ac humiliter recepit eos: etiā
cū capitis inclinatione cogitās ſe eē hoiem minoratū
paulominꝰ ab angelis. Dicunt ei āgeli. Dñe multū
ieiunaſtis/ qđ vultis vt vobis portemus. Et ille. Ite
ad matrē meā cariſſimā: ⁊ ſi qđ hꝫ ad manus deferte
qꝛ de nullis cibis ſic libēter veſcor ſicut de ſuis. Tūc
duo ex ipſis pgentes in momēto fuerūt corā ea: ⁊ eā
reuerēter ſalutātes faciunt ambſſiatā ⁊ modicū pul-
mētum qđ ſibi ⁊ Ioſeph pauerat ⁊ panē cum tobalis
⁊ aliis oportunis portant. Et forte dña piſciculos ali
quos ſi potuit ꝓcurauit. Reuerſi ergo parāt in plana
terra mēſam bñdictionēqꝫ ſolēniter agūt. Aſpice hic
bene in ſingulis q̄ agit: ſedet in terra: cōpoſite ⁊ curia
liter ⁊ ſobrie comedit: circūſtant angeli miniſtrantes
dño ſuo. Alius ſeruit ei de pane/ aliꝰ de vino/ alii por
tant piſciculos/ ⁊ alii cantant de cāticis ſyon/ ⁊ iocun
dantur ⁊ diē feſtum agūt corā deo. Sed ſi dici liceat
ꝑmixtū eſt eis hoc feſtū ploratiōe ꝑmaxima/ ꝓpt̄ quē
⁊ nos debemus plorare. Cōſpiciunt eū reuerenter/ ⁊
ꝯſiderantes dñm ⁊ deum ſuū ac totius mundi creato
rem qui dat eſcam oī carni ſic humiliatū/ ⁊ ſuſtētatio
ne cibi corporalis indigentem ⁊ comedētem vt ceteri
de populo/ mouentur compaſſione. Credo enim ꝙ ſi
corde affectuoſe eū ſic ſtantē cōſpiceres/ ⁊ eū aliquali
ter diligeres/ ex valida compaſſione clamares ⁊ di-
ceres. O dñe q̄ta ꝓ me feciſtis: oīa opa vr̄a plena ſūt
ſtupore. Adiuuate me vt aliqđ patiar ꝓ vobis q̄ pro
me tot ⁊ tanta tuliſtis. Certe hoc ſolum deberet te in
eiꝰ amorē accēdere. Tandē ſumpta refectiōe dixit an
gelis vt portēt res/ ⁊ dicant matri ꝙ redibit ad eam.
Ipſis aūt reuerſis dixit oībꝰ. Redite vos ad patriā ⁊
ad gaudia veſtra: me enī adhuc oportet peregrinari

Rogo autē vos vt me recōmendetis patri ac toti curie celeſti. Qui ꝓcidentes ad terrā ⁊ benedictionem petentes/ea recepta redierūt ad patriā/⁊ de ei⁹ victoria ⁊ his nouis totā curiam celeſtē repleuerunt. Dn̄s autē ieſus volēs ad matrē redire cepit de monte deſcendere. Conſpice bene quō vadit ſolus nudis pedibus dn̄s oīm ⁊ ei vehementer ꝯpatere. Uenit aūt ad iordanē quē iohānes vidēs ad ſe venientē oſtēdit eū digito dicēs. Ecce agn⁹ dei/ecce q̄ tollit pctā mundi. Ipſe eſt ſup quē vidi ſpm̄ deſcendentē qn̄ baptizaui eū. Et in alia die dū videret eū ambulantē iuxta iordanē dixit. Ecce agnus dei/ecce q̄ tollit pctā mundi. Tūc andreas ⁊ vn⁹ ex diſcipulis iohānis iuerūt poſt eū. Benign⁹ autē dn̄s ſitiēs coꝝ ⁊ oīm ſalutē/⁊ vt daret eis de ſe fiduciā ⁊ audaciā ꝯuertit ſe ad eos dicens. Quid q̄ritis? At illi dixerunt. Rabi vbi habitas? Et duxit eos ad domū vbi ſe reducebat tūc in illis ꝑtib⁹ ⁊ ſteterūt cū eo vna die. Poſtea duxit andreas fratrē ſuū petrū ad ieſu3/quē alacriter ſuſcepit ſciens q̄d de eo eſſet factur⁹. Et dixit ei. Tu vocaberis cephas. Et ſic i quādā noticiā ⁊ familiaritatē venit cū eis. Poſt ea volēs dn̄s ieſus redire in galileā ad matrē/diſceſſit de ꝑtibus illis ⁊ cepit reuerti. Quē etiā nunc compatiendo reſpice: ⁊ vade ſemꝑ cū eo. nam ſol⁹ vadit more ſolito nudis pedibus ꝑ tā longā viā .lxxiiii. miliarioꝝ. Cōpatiendoq3 cōſidera q̄d dn̄a faciebat illo tp̄e: q2 priuata erat filio tā dilecto. Cū veniſſet domū mater eū vidēs vltra q̄ꝫ dici poſſet exhilarata ſurgit ⁊ ei occurrit/⁊ ī amplex⁹ ſtrictiſſimos recepit. Cui ipſe reuerēter ſe inclinauit/⁊ nutritio ſuo ioſeh/⁊ cum eis more ſolito remanſit. Nunc potes ꝯſiderare qualiter eū mater interrogabat de oīb⁹ q̄ iſto medio ꝯtigerūt

qualiter ei fuerat/ꝛ qualiter ꝯpatiebatur aſpiciendo eum ſic macilentum ꝛ pallidum.

¶ De aptione libri in ſynagoga. Lu. iiii. Ca. xviii.

Hactenuſqȝ per dei grām vitā dn̄i ieſu ordinate tetigimus parū ꝛ quaſi nil de his q̄ ꝯtigerunt aut ꝑ ipm̄ facta ſunt omittētes. Sȝ nō ſic deinceps intēdo facere: qꝛ nimis eſſet longum oīa q̄ dixit ꝛ fecit in meditationē redigere. Sufficit enim ꝙ rē ꝑ eū dictā aut factā/ante mētis oculos ponamꝰ ꝛ more beate cecilie in ſecreto pectoris portemus ita ꝙ cōuerſemus cū eo ꝛ ei familiares fiamus. Nam in hoc videt̾ haberi maioꝛ deuotio ꝛ dulcedo. Et quaſi totꝰ fructus harū meditationū in hoc ꝯſiſtere videt̾ vt ſic vbiqȝ ꝛ ſemꝑ intueamur deuote: quaſi pn̄tes eſſemꝰ i quolibȝ actu ſuo vt qn̄ ſtat cum diſcipulis/qn̄ cū petōꝛibus/ qn̄ loquitur eis/qn̄ predicat turbe/qn̄ vadit/ſedet/doꝛmit/vigilat/ꝛ comedit/aut aliis miniſtrat/qn̄ ſanat egrotos vel alia miracula facit. In his autem ꝛ ſi̾libus conſidera oēs actus ꝛ gradus ſuos maxime ꝯtemplās faciem ſuā ſic vt potes ymaginari: qꝛ ſuꝑ oīa p̄dicta videtur michi difficiliꝰ/ſȝ qn̄ reficeret iocundius. Illud qȝ attente ſerua ſi forte ipſe te cum benignitate reſpiciat. Et hoc tibi ꝓ recurſu ꝛ doctrina oīm q̄ ſequūtur vt vbicunqȝ narrauero/ſi aliter non expreſſero ſingulares meditatiōes vel iſtas omiſero/recurras ad hūc locum ꝛ ſufficiat. Meditationes autem deinceps nō tractabo ꝓlixe donec ꝑuenero vſqȝ paſſionem de qua nil eſt obmittendum: nec deinceps ad meditationes accedā. Poſtꝙ ergo dn̄s ieſus redijt a baptiſmo humilitatis magiſter cōuerſatus eſt humiliter vt ante ſolitus erat. Cepit autē ſe paulatim manifeſtare aliquibus predicando ꝛ docendo. Non eni ꝑ totū annū

ſequentē ꝑdicatōis officiu aſſumpſit publice vſqȝ ad miraculum de nuptiis/qđ fuit eodē die āno reuoluto quo baptizatus fuit. Et aliqñ predicabat ⁊ diſcipuli baptizabant. Non tñ a deo ꝑdicationem ſuā per ſe ⁊ ſuos diſcipulos frequentabat ante iohannis incarce rationem vt poſtea. Ex hoc eni tribuens humilitatis exēplum ſtupēdū: dū iohāni ſe longe inferiori ꝑdica- tionis officio/ꝓut ex ſupiori die pie ꝑcipi pōt humili- ter deferebat. Non ergo cepit cū boatu ⁊ pōpa/ſȝ hu militer ⁊ paulatim. Quadā igiꝛ die dū eſſet ī ſinago ga cum aliis in eccleſia iudeoꝝ/ſurrexit legere in li- bro yſaie. Et legit locū in quo ſcriptum eſt. Spūs dñi ſup me ꝓpter quod vnxit me euāgelizare paupibus miſit me/⁊ cū plicuiſſet librū dixit. Hec ſcriptura eſt hodie īpleta in aurib⁹ veſtris. Cōſpice quō humiliter ſuſcipiēs lectoris officium benigno ⁊ placito vultu le git/⁊ inter eos expoſuit ſcripturam/⁊ quō ſe incepit humiliter manifeſtare cū dixit. Impleta ē hodie ſcri- ptura: id ē ego ſum ille de quo loquiꝛ. Et oīa oīȝ erāt intēta in eum ꝓpter efficaciā verboꝝ/aſpectūqȝ humi lem ⁊ decorē. Fuit eni pulcherrim⁹/fuit eloquentiſſi mus de quo dictū eſt. Specioſus forma pre filiis ho- minum diffuſa eſt gratia in labiis tuis.

¶ De vocatiōe diſcipuloꝝ de pͥma iohānis.i. de ſecū da Luce.v. de tercia Mathei.iiii. Marci.i. De voca tione mathei Mathei.ix. Mar.ii. Lu.v. Ca.xix.

CEpit etiam dñs Jeſus vocare diſcipulos ⁊ ſe ſolli citum reddere circa ſalutē noſtrā/ſemp tñ humi litate ſeruata. Et vocauit petrū ⁊ andreā trib⁹ vicib⁹ Prima qñ erat circa iordanē/⁊ tunc venerunt in ali- qualem ei⁹ noticiā. Scđa de naui qñ ceperunt piſces vt narrat lucas. Luce.v. Tunc eni ſecuti eum aīo re-

deundi ad ꝓpria ceperũt autẽ doctrinã eius audire. Tercia de naui/vt narrat matheus cũ dicit. Venite poſt me faciã vos fieri piſcatores hoim. Tunc eni re lictis rethibus ſuis ſecuti ſunt eũ. Sĩlr vocauit iaco-bum ⁊ iohannẽ in p̃dictis duab⁹ vicibus vltimis. Et in eiſdẽ locis ꝯtinet̃ de ipſis in quib⁹ ꝯtinet̃ de petro ⁊ andrea. Vocauit etiam iohannẽ de nuptiis vt dicit hieronimus/tñ in textu euangelii nõ habet̃. Itẽ vo-cauit philippum dicẽs. Seq̃re me. Sĩlr ⁊ matheum publicanum. De modo xp̃o vocatõis alioꝝ nõ eſt ſcri ptũ. Cõſidera ergo ⁊ ꝯſpice eũ in p̃dictis vocatiõib⁹ et conuerſatione cum ipſis / qñ affectuoſe vocat eos reddẽs ſe eis affabilẽ/modeſtũ/benignũ/⁊ obſequio-ſum/intus ⁊ extra/ducẽs eos ad domũ matris/ ⁊ fa-miliariter vadẽs/ad domos eoꝝ. Docebat etiã eos ⁊ curã de ipſis habebat p̃cipuã ſicut mater de vnico fi lio ſuo. Dr̃ q̃ beatus petr⁹ referebat/ q̃ qñ in aliquo loco dormiebant cum eo/ſurgens de nocte recoope-riebat eos/q: tenerrime diligebat eos/ ſciẽs quid de eis eſſet facturus. Et q̃uis eſſent hoĩes rudis ꝯuerſa tionis ⁊ hũilis natiõis tñ ꝑncipes mundi ⁊ duces in bello ſpũali oĩm fideliũ ꝯſtitur⁹ erat eos. Et conſide ra pro deo a qualibus cepit eccleſia. Noluit dñs eli gere ſapiẽtes ⁊ potentes huius ſeculi/ ne ipoꝝ ꝓbita ti aſcriberent̃ opa q̃ fienda erant/ſibi hoc reſeruauit: ⁊ ſua bonitate ſapientia ⁊ potentia nos redemit.

¶ De miraculo mutationis aque in vinum facto ad nuptias. Johannis. ii. Ca. xx.

Quãuis dubium ſit cuius fuerint nuptie facte in chana galilee: tñ q̃ fuerint iohãnis meditari de bemus: vt in ꝓlogo iohãnis hieronim⁹ affirmare vi det̃. In eis eni fuit dña nr̃a nõ vt inuitata: nõ vt ex-

tranea: ſʒ qꝛ maioꝛ/digniorꝛ/ꝛ primogenita erat inter ſoroꝛes ibi in domo ſoroꝛis quaſi in domo ſua extitit/ ꝛ tanꝙ adminiſtratrix ꝛ dña nuptiaꝝ. Qđ ex tribus colligere poſſumus. Primo ex eo ꝙ in euãgelio ꝯti netur ꝙ mater ieſu erat ibi/ ſʒ de ieſu ꝛ de diſcipulis eius dr̃ ꝙ fuerũt ibi vocati. ꝛ ſic de aliis q̃ ibi fuerunt ĩtelligi dʒ. Cum ergo ſoroꝛ eiꝰ maria ſalome vxoꝛ ʒebedei miſiſſet ad eam nazareth q̃ diſtat a chana per quattuoꝛ miliaria vel circa/ dicens ꝙ volebat facere nuptias filio ſuo iohãni: iuit cũ ea ꝛ ꝑuenit ꝑ aliquos dies ad ꝑparationẽ/ ita ꝙ qñ alii fuerũt inuitati: ipſa iam erat ibi. Scđo poſſumus colligere ex eo ꝙ ipſa ꝑpendit defectum vini dum nõ erat/ non ſicut vna ex diſcũbentibꝰ: ſʒ ſic qꝛ ꝑ manus eius res ibant ꝛ vidit ſibi deficere vinũ. Si eñi tũc diſcubuiſſet/ nũqđ iuxta filiũ mater mulier ĩter hoĩes recumbabat. Et ſi alibi inter mulieres/ nunqđ defectũ vini ꝑpẽdiſſet magis ꝙ alii? Et ſi ꝑpẽdiſſet nõne ſurrexiſſet de prandio vt iret ad filium? Incõuenĩẽtia videnť hec. Et veriſimile eſt ꝙ tunc nõ diſcũbebat. De ipſa nãqʒ dr̃ ꝙ erat val de obſequioſa. Tercio colligitur ex eo ꝙ ipſa ꝑcepit miniſtris vt irent ad filiũ ꝛ facerent qđ mãdaret. Et ſic videť ꝙ preeſſet eis ꝛ ꝙ nuptie gubernarenť per eam. Ideo ſollicita fuit ne defectus ibi ꝯtigeret. Igiť ſcđm hunc modũ ꝯſpice dñm ieſum inter alios come dẽtem ſicut quẽuis de populo/ ꝛ ſedẽtem in loco hũili non ĩter maioꝛes vt ex ipſo loco colligimus. Non eñi moꝛe ſupboꝝ volebat ꝑmos accubitus i cenis. Nam docturus erat. Cũ vocatus fueris ad nuptias recũbe in nouiſſimo loco. Ipſe vero ꝑus cepit facere ꝙ docere Conſpice dñam obſequioſam a latere ꝛ ſollicitã ad cuncta recte ꝛ oꝛdinate facienda/ pꝛebendo ꝛ oſten-

ciendo miniſtris q̄d ꝛ qualiter diſcumbētibus appo-
nēda deferāt. Cūq3 poſt finem ꝯuiuii rediret ad eam
miniſtri dicentes/nō habem⁹ plus de vino q̄d appo
nam⁹ eis: Ipſa reſpōdit. Ego ꝓuidebo ꝙ habebitis
Expectate parūper. Et exiens ad filium q̄ humiliter
(vt dixit)ſedebat in fine mēſe prope hoſtium camere
dixit ei. Fili mi vinū hic deficit/ꝛ ſoror nr̄a eſt paup
ꝛ neſcio qualiter habere poſſumus. Qui reſpōdit ei.
Quid michi ꝛ tibi mulier: Dura reſponſio: ſed ad na
turā fuit ſcđm Ber. in iſto loco ſexto epyphanie: vbi
ſic dicit. Quid tibi ꝛ illi dn̄e: Nunquid quod filio et
matri. Quid ad illam ꝑtinet queris/ cum ſis benedi
ctus fructus ventris eius immaculati: Nonne ipſa
eſt que ſaluo pudore cōcepit ꝛ ſine corruptione tepe-
perit: in cuius vtero nouē menſibus moratus es. cu-
ius vberibus virgineis lactatus es: cum qua. xij. an
norum factus in hirl'm aſcendiſti ꝛ eras ſubditus illi
Nunc ergo dn̄e q̄d moleſtus es illi dicēs: Quid mi-
chi ꝛ tibi ꝛc. Multū quidē ꝑ oēm modum. Sʒ mani-
feſte iam video ꝙ non quaſi indignās: aut ꝯfundere
volens virginis ꝛ matris teneram verecundiam di-
cis. Quid michi ꝛc. Cum veniētibus ad te iuxta pre
ceptum eius miniſtris/nil cunctatus facias q̄d ſug-
geſſit. Ut q̄d ergo ſic reſpōderas prius: Utiq3 ꝓpter
nos/vt nos conuerſi ad deum tam nō ſolliciti ſumus
carnalitatibus/aut circa parentū neceſſitates / vt ne
ceſſitudines illi non impediant exercitium ſpūalem.
Quādiu enī in mūdo ſumus / conſtat nos debitores
eſſe parentibus. At poſtꝙ reliquimus noſmetipſos/
multomagis ab eoꝝ ſollicitudine liberi ſumus. Un̄
legimus quēdam fratrem in heremo conuerſantem:
cum ad eum carnalis frater auxilii gratia aduenuiſſet

reſpor diſſe/vt audiret alteruꝫ fratrē eoꝝ cū ille vtiqꝫ
iam obiſſet. Cunqꝫ alius q̄ venerat reſpōderet qꝛ ille
obiit: heremita quoqꝫ ꝙ ſimiliter obiſſet reſpondit.
Optime ergo nos docuit dn̄s/ne ſolliciti ſum⁹ ſup ꝓ
pinquos carnis nr̄e pluſ ꝙ̄ religio poſtulet: qn̄ ipſe ta
lia matri reſpondit. Quid michi ꝛ tibi mulier? Sic in
alio loco cū ſuggeret ei ꝙ mater eius ꝛ fratres foris
ſtarent querentes ei loqui/reſpondit. Que eſt mater
mea/ꝛ q̄ ſunt fratres mei? Ubi modo ſunt q̄ tam car
naliter ꝛ inaniter ſup carnalib⁹ ꝓpinquis ſuis ſollici
ti ſunt/ac ſi adhuc viuerent et ipſi cum eis. Hucuſqꝫ
Bern̄. De hac ergo reſpōſiōe mater nō diffidēs/ſꝫ de
ſua benignitate preſumēs/redut ad miniſtros dicēs
Ite ad filiū meum ꝛ q̄cūqꝫ dixerit vobis facite. Qui
eūtes impleuerūt iuxta xbū dn̄i ydrias aqua. Quo
facto dixit eis. Haurite nūc ꝛ ferte architriclino. In
hoc autē nota duo. Primo diſcretionē dn̄i/ qꝛ primo
miſit honorabili viro. Scd̄o qꝛ lōgius ſedebat ab eo
qꝛ dixit ferte illi/quaſi ab eo remoto. Sꝫ cū ille ſede-
ret in loco honorabiliori / colligere poſſumus ꝙ dn̄s
nolēs ibi ſedere/elegit locū humiliorē. Ergo miniſtri
dederūt vinū illi/ꝛ aliis diuulgātes miraculū ſciētes
quō factuꝫ fuerat. Et crediderūt in eū diſcipuli ei⁹. Fi
nito ꝯuiuio dn̄s vocauit iohānē ſeorſuꝫ dicēs. Dimit
te hanc vxorē tuā/ꝛ ſeq̄re me qꝛ ad altiora te ꝑducam
Qui ſecutus eſt. In hoc ergo ꝙ īterfuit nuptiis dn̄s/
dedit intelligi ꝙ longe digni⁹ eſt ſpūale mr̄imoniuꝫ
ꝙ̄ carnale. Receſſit ergo idē dn̄s ieſus volēs ad ſalu
tē hoīm deinceps publice ꝛ palā intēdere. Primus
autē voluit reducere matrē ad domū ſuā. Talē enim
dn̄am talē ſocietatē dicebat hr̄e. Accepit ergo eam ꝛ
iohannē ꝛ alios diſcipulos/ ꝛ iuerūt in capharnaum

prope nazareth/ꝛ poſt aliquos dies nazareth. Cõſpi-
ce ergo quõ vadunt ꝑ viã mater ꝛ filius. Humiliter
ꝛ pedeſtre vadunt/ſꝫ multum amãter. O quales duo
ſunt illi. Nunꝙ tales in terra viſi ſunt. Cõſpice etiam
diſcipulos reuerenter ſequentes ꝛ auſcultantes ꝟba
dñi. Non enim erat ocioſus/ſed ſemꝑ aliqd boni dice
bat ꝛ faciebat. Non poterat in tali comitatu tedium
comitantibus generari.

¶ De sermõe dñi in mõte. Math. v. Lu. vi. Ca. xxi.

Onuocatis dñs Jeſus diſcipulis ſuis ſeorſum a
turbis aſcendit cũ eis in montẽ thabor prope na
zareth ad duo miliaria vt eos imbueret eloquiis ſuis
Decebat enim vt pri⁹ eos inſtrueret/ꝛ ſpecialiter eos
quos ſuꝑ alios inſtitur⁹ erat magiſtros ꝛ duces. Tũc
ergo de multis iſtruxit/ꝛ ille ſermo pulcherrim⁹ fuit
ꝛ copioſus. Nec mirum quẽ os dñi cõpilauit. Docuit
aũt eos de beatitudinibus/ de oratione/de ieiuniis ꝛ
elemoſina/aliiſqꝫ plurib⁹ ad ꝟtutes ꝑtinentib⁹/ que
tu̾ ipe poteris reperire. Legas eñi diligẽter ꝛ ſepe ꝛ cõ-
menda memorie q̃ ibi dicunt᷑. qꝛ ſunt ſpũaliſſima: q̃
nunc nõ ꝓſequor/qꝛ nimis eſſet lõgum/nec expoſitio
nes ſemꝑ vident᷑ in meditationes cadere. Hoc ergo
hic tãgere ſufficiat ꝙ dñs in hui⁹ ſermõis ĩitio: a pau
pertate incepit/dans intelligere/ꝙ paupꝫtas eſt toti⁹
ſpũalis edificii fundamentũ primariũ. Nõ enim põt
expedite ſequi paupꝫtatem ſpũalem: q̃ onerat⁹ eſt tp̃a
libus reb⁹. Vñ dicit grego. Vñ pauperes ꝛc. Cõſpice
ergo ꝛ ꝯſidera dñm Jeſuꝫ humiliter ſedentẽ in terrã
ſuꝑ illo mõte ꝛ diſcipulos circa eũ. Quõ ſtat iter eos
ſicut vnus ex eis. ꝛ quõ affectuoſe/benigne/pulcre/ ꝛ
efficaciter loqtur cũ eis/ ad actus ꝓdictos ꝟtutũ eos
inſtruẽs. Reſpice ꝛ diſcipulos quõ reuerenter humi-

liter ac tota mentis affectuoſe aſpiciūt in eū ꝛ auſcul
tant illa v̄ba mirifica eadē memorie cōmēdant ꝛ io-
cūditate magna fruūtur tā in v̄bis ꝙ in aſpectu. In
hac ꝯſideratione iocūderis tu/ꝛ aſpiciēdo ac ſi euz vi
deres loquentē/ꝛ approximādo eis forte vocat⁹ fue
ris/ꝛ oim orādo ibidē ꝛ vt dn̄s tibi dabit. Cōpleto au
tē ſermone ꝯſpice ipm dn̄m Jeſum vna cū diſcipulis
ipis deſcēdentē de mōte/ꝛ cuz eis familiariter loquē-
tē etiam eūdo ꝑ viā. Et quō ille ſimpliciū cetus gra-
datim ſequitur nō curioſe ordinati: ſʒ ſicut pulli poſt
gallinā: ꝛ ꝗlibet vt meli⁹ audiat eidē magis approxi
mat. ꝛ quō turbe illi affectuoſo occurrunt aīo/ꝛ infir-
mos ſuos eidē ſanādos offerūt. Ipſe v̄o ſanabat oēs
Hic pōt iterponi qualiter dixit matri ꝙ ammō opor
tebat eū eſſe ſine ipa ad pluriū ſalutē. qꝛ volebat intē
dere ꝑdicationib⁹ ꝛ aliis que ꝑ te meditare poteris.

¶ De ſeruo cēturionis ꝛ filio reguli liberatis a dn̄o
Mathei. viii. Luce. vii. Johannis. iiii. Ca. xxii.

CApharnaum erat quidē cēturio. id eſt centū mi
litū dn̄s/qui ſeruum habebat infirmū. Miſit er
go fide plenus ad dn̄m Jeſum vt eū ſanaret. Humili
ter aūt dn̄s reſpōdit. Ego veniā ꝛ curabo. Quod cuz
ſciuit cēturio remiſit ad eū dicēs. Dn̄e nō ſuz dign⁹
vt intres ſub tectū meū: ſed tantū dic verbo ꝛ ſanabi
tur puer meus. Jeſus aūt cōmēdans fidē ei⁹ non iuit
vlterius: ſed ſeruū a lāguore curauit. Cū aūt in eadē
ciuitate eſſet quidā regulus/id ē paruus rex: iuit ꝑſo
naliter ad Jeſum rogās eū vt veniret ad domū ſuā:
ꝛ ſanaret filiū ſuuz infirmū. At dn̄s Jeſus ire noluit/
filium tn̄ ſanauit. In his aūt ꝯſidera meritū fidei ꝓ-
pter centurionē ꝛ humilitatē dn̄i volentis ire ad ſer-
uum: ꝛ refugiētis reguli pōpā. Conſidera ꝙ nos non

debemus acceptare pſonas. Plus enim honorat dominus hic seruū militis / q̄ filium regis ſic ꝛ nos debem⁹ nō ad oculum ſeruire / nec ſcd̄m exigētiam exterioris pōpe: ſed ſcd̄m neceſſitatē vel bonitatē eius qui ſeruitio indiget / ita vt nō ex complacentia ſed ex caritate ſeruiamus.

¶ De paralitico liberato a domino miſſo per tectū. Marci. ii. Ca. xxiii.

In ciuitate p̄dicta capharnaum cum dn̄s doceret in quadam domo / ꝛ eſſent ibi cōgregati phariſei ꝛ legis doctores ex omni caſtello iudee ꝛ hieruſalē ꝛ galilee / venerūt quidā volētes igredi cū domū paralitico quē portabant vt a dn̄o ſanaretur. Cūq3 ꝓpter multitudinē nō poſſent intrare domū aſcēderunt ſup tectū domus ꝛ inde intromiſerūt eū / ꝛ poſuerunt eum ante ieſum. Dn̄s autē ieſus vidēs fidem illoꝝ dixit Dimittuntur tibi pctā tua. Ipſi aūt ꝛ legis doctores obſeruabāt eū / ex malicia ꝛ intra ſe dicebant eū bl'aphemaſſe / q2 ſolus deus pōt pctā dimittere / ꝛ ipe hoc ſibi attribuebat quem purum hoiem eſſe credebant. Ait ergo benign⁹ ꝛ humilis dn̄s ſcrutās corda ꝛ renes deus. Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Et addidit. Ut ſciatis q2 filius hoīs habet poteſtatē in terra dimittēdi pctā. Paralitico ait. Surge ꝛ ābula. Iſte aūt ſtatim liberatus ſurrexit: ꝛ oēs eos ſtupor inuaſit. Hic potes ꝯſiderare plura bona ꝛ pulchra documenta. Primū: q2 ex hoc fuit victa cecitas iudeoꝝ Nam manifeſte cognoſcere potuerūt dn̄m ieſum eſſe deum q̄ dimittebat pctā. Scd̄m: q2 ꝓpter peccata veniunt infirmitates. Et etiā ex hac ſolutiōe peccatoꝝ aliquādo ꝯtingit liberatio corporum: vt p3 de curato apud piſcinā: cui dicitur a dn̄o ne amplius peccet ne

aliquid ſibi deterius contingat. Tercio conſidera ꝙ magnū ſit meritū fidei. Nā alteri⁹ fides alteri ꝓdeſt ſicut ſupra proxime habuiſti in ſeruo centurionis: ſic etiā habebis infra in chananea in cui⁹ fide filia fuit ſanata. Hoc quotidie ꝯtingit in pueris q̄ baptizātur/ qui ſi ante annos diſcretōis moriant̄ in alterius fide gratiā ſuſcipiunt per quā per meritum xp̄i ſaluātur qḋ eſt cōtra quoſdā hereticos maledictos. Circa ꝯo modum meditādi de ipſo inter eos ſedēte ⁊ benigne malignis rn̄dente ⁊ miraculum faciente: recurre ad generalem meditationem quam tibi dixi.

¶ De ſocru ſimonis petri liberata a febrib⁹. Math. viii. Marci. i. Luce. iiii. Ca. xxiiii.

Contigit dn̄m Jeſuz in dicta ciuitate capharnaū diuertere in domū ſimonis petri/ vbi ſocrus eius magnis febrib⁹ tenebat̄. Hūilis aūt dn̄s familiariter tetigit magnū ei⁹ ⁊ curauit eā/ ſic vt incōtinēti ſurgeret eiqꝫ ⁊ diſcipulis miniſtraret. Sed q̄d miniſtrauit eis nō eſt ſcriptū. Cogita ergo ꝙ in domo paupis diſcipuli ſui paup comedit/ paupꝑtatis amator aliqua cibaria groſſa (q̄ cito parari poterat) ſibi apposita. Cōſidera deniqꝫ ipm̄ dn̄m iuuantē preparare/ maxime in domo diſcipuli: ⁊ queuis hūilia cogita aūt de tobalia ponēda/ aut de cenatis leuādis/ ⁊ de ſimilib⁹. Talia faciebat hūilitatis magiſter / qui miniſtrare venerat nō miniſtrari/ ⁊ ſe ad familiariter ſedēdum ponebat in medio mēſe ⁊ comedebat alacriter/ precipue tn̄ in prādio relucebat paupertas quam maxime amabat.

¶ De dormitione domini in nauicula. Mathei. viii. Mar. iiii. Luce. viii. Ca. xxv.

Intrans dn̄s Jeſus in nauiculā cū diſcipulis ſuis poſuit ſe ad dormiendum / ponens caput ſuper

ceruical. Ipe enĩ multum vigilabat de nocte in ora-
tionibus: quia de die in predicationibus laborabat.
Cum autem dormiret orta tẽpeſtate diſcipuli pericli
tari timebant/nec audebant eum excitare. Tandem
timore coacti excitauerunt eum dicentes. Dñe ſalua
nos perimꝰ. Qui ſurgens increpauit eos de modica
fide: ⁊ imperauit vẽtis ⁊ mari/⁊ ceſſauit tẽpeſtas. In
predictis ergo ſuis actibus intuere eum qualiter dor
mit ⁊ cõpatere ei/qualiter tenet caput/qualiter ſurgit
a ſomno dum vocãt eum/⁊ ſimilia. Sed ſecundũ ge
neralem regulam predictã hic tu conſiderare potes:
ꝙ licet circa nos ⁊ facta noſtra dominꝰ videatur dor
mire/maxime cum tribulamur: ſemper tamen diligẽ
tiſſimus cuſtos noſter eſt: ideo debemus eſſe in fide
conſtantes de nichilo heſitantes.

¶ De filio vidue ſuſcitato per Jeſum ⁊ reddito ma-
tri ſue. Luce. vii. Ca. xxvi.

Cum ſemel iret verſus ciuitatẽ q̃ vocatur Naym
obuiauit multitudini hoĩm portãtium iuuenem
mortuũ filiũ vidue ad ſepulchrũ. Prius igitͣ dñs pie
tate motꝰ tetigit feretrũ ⁊ portãtes ſteterũt. Ipſe aũt
dixit. Adoleſcẽs tibi dico ſurge. ⁊ ſtatim ſurrexit qui
fuerat mortuꝰ/⁊ reddidit eum matri ſue. oẽs autẽ ſtu
puerunt ⁊ laudauerũt deũ dicẽtes. qꝛ ꝓpheta magnꝰ
ſurrexit in nobis/⁊ quia deus viſitauit plebem ſuam
In conſiderationibus recurre vt prius.

¶ De puella ſuſcitata ⁊ martha liberata. Math. ix.
Marci. v. Luce. viii. Ca. xxvii.

Ad petitionem cuiuſdã principis ibat dñs Jeſus
cũ eo ad ſaluandã filiã ſuã. Cum ergo turba ma
gna iret cũ eo: quedã mulier grauiter infirma (que di
citͣ fuiſſe Martha ſoror marie magdalene) erat inter

eos que dicebat intra ſe. Si tetigero tantum fimbriã
veſtimẽti eius ſalua ero/ꝛ timide appropinquãs teti
git ꝛ liberata ẽ. Dixit autẽ dñs. Quis me tetigit? Ui
de patientiã/qꝛ ſepe cõprimebat a turbis q̃ volebant
ei appropinquare. Ipſe aũt ſciebat q̃d dicebat/ꝛ tñ di
xit tetigit me aliquis. Ego ſenſi virtutẽ de me exiſſe.
Tunc martha vidẽs ꝙ nõ latuit eũ: reuerẽter acceſſit
ad eũ/ꝛ corã oĩbus ob quã cauſam tetigit dixit/ꝛ ne=
gocium publicauit dñs autẽ libẽter curauit eã: a qua
ipe multã familiaritatẽ poſtea habuit. Tunc dixit. Ua
de. fides tua te ſaluã fecit. In hoc ergo miraculo ha
bes fidei cõmendationẽ. habes etiã ꝙ dñs vult mira
cula eſſe nota ꝓpter vtilitatẽ cõmunẽ. ſed q̃tum erat
in ſe ꝓpter humilitatẽ abſcõdebat/vt habes hic. Q̃d
enim fecerat diuina poteſtate: fidei illi⁹ attribuebat.
Habes etiã hoc quod eſt notabile ad hũilitatis cuſto
diam/ſicut beatus Bernard⁹ introduxit hoc modo.
Quilibet dño pfecte ſeruiens põt dici fimbria/pars
extrema veſtimẽti dñi ꝓpter ſuã humilẽ reputationẽ
Qui ergo ad tantũ ſtatum ꝑuenerit/ꝙ ſe ſciat a dño
exaudiri in liberãdis infirmis: ꝓpter hoc nõ extolla
tur/nec ſibi attribuat/qꝛ nõ ipſe ſꝫ dñs facit. Quãuis
eñi martha tãgeret fimbriã/ꝛ ad ei⁹ tactum liberari
cõfideret ſic tetigit. nec tñ a fimbria ſed a dño virtus
liberationis proceſſit. Unde ipſe dixit. Senſi virtutẽ
de me exiſſe. Nota igitur hic bene/ꝛ nil in perpetuũ
tibi attribuas: qꝛ totũ eſt a deo. Tãdẽ dñs Jeſus iuit
ad domũ iſtius ꝑncipis ꝛ inuentã filiã mortuã ſuſci=
tauit. Nã aſcendẽs in domũ duxit ſecum Petrũ Ja
cobũ ꝛ Johannẽ/ꝛ patrẽ ꝛ matrẽ puelle/ꝛ inuenit eos
flẽtes/ꝛ dixit eis. Recedite nõ ẽ mortua puella/ſꝫ dor
mit. Et quidã deridebãt eũ/ ſciẽtes qꝛ mortua eſt. Et

electa turba intrauit ad eã ꝛ tetigit manũ eius dicẽs Tabitacumi. id ẽ puella tibi dico surge. Que statim surrexit ꝛ iussit illi dare mãducare. Et exiit fama hec ꝑ vniuersam terrã illam. Hic nota patientiã illã quõ vilipẽdebatur tam alta maiestas/ꝛ similia vt supra.

¶ De conuersione marie magdalene. Luce septimo. Ca. xxviii.

Curialis dñs inuitatus quadã die a symone lepro ſo: iuit ad prandiũ cũ eo/qđ facere solitꝰ erat. tñ ex sua curialitate: tum ex benignitate ꝛ zelo/quẽ habebat ad saluãdas aïas pro qbus de celo descẽderat Comedẽdo enĩ cũ hoïbꝰ ꝛ cõuersando cũ eis ad amorem sui eos trahebat/etiã amore paupꝑtatis. Nã ipse pauperrimus erat/ꝛ de mũdi huiꝰ substãtia nichil ꝓ se ꝛ suis supererat. Humiliter ergo ꝛ cũ gratiarꝫ actione speculum humilitatis Jesus cũ inuitabat recipiebat pro loco ꝛ tpe. Audiens aũt magdalena ꝙ in domo symonis recumberet quẽ forte iam pdicantẽ sepe audierat/ꝛ ardenter amabat: tacta dolore cordis intrinsecus ꝓ pctis ꝛ amoris eius igne succensa/cõsiderans ꝙ sine ipso salutẽ obtinere nõ posset/ꝛ amplius differre non valẽs: perrexit ad locũ cõuiuii facie autẽ inclinata ꝛ oculis/ante cõuiuas trãsiens non quieuit donec peruenit a dilectum suum. Et tunc ilico ad pedes eius prostrata viceroso dolore pariter et rubore repleta de peccatis suis/procũbens vultum sup ipius pedes ex quadã ꝯfidentia: qꝛ iam intense eũ sup oïa diligebat cepit fortiter fletibꝰ ꝛ singultibus abundare/ac tacite intra se dicere. Domine firmiter scio/credo/ꝛ confiteor vos deum ꝛ dominum meum esse. In magnis autẽ ꝛ multis offendi maiestatem vestram/peccaui in omnem iusticiã vestrã/ꝛ multiplicata sunt

peccata mea ſup numerum arene maris: ſʒ ad veſtrã miam cõfugio/ ꝛ veniã peto/ emẽdare pctã mea para ta ſum/ ꝛ nunꝙ ab obediẽtia veſtra diſcedã. Non pa tiar queſo a vobis repulſam quẽ ſup oĩa diligo. Non ergo me repellatis a vobis ſed punite me vt libet: tñ miam peto. Interim tñ lachꝛime decurrẽtes largiter pedes dñi lauerunt ꝛ balneauerũt. Vñ hic manifeſte videre potes ꝙ dñs Jeſus diſcalciat⁹ ibat. Tandẽ a fletu ceſſans cũ ꝑpenderet ꝛ ĩdignũ iudicaret/ ꝙ ſue lacrime dñm ꝯtigiſſent capillis ſuis eos terſit. Jdeo autẽ capillis/ qꝛ ſcd̃m aliud ꝓcioſius nõ habebat quo eos tergeret. Et qꝛ etiã quib⁹ ad vanitatẽ vſa fuerat ad vtilitatẽ cõuertere volebat. Et ne vultum a dñi pe dibus elõgaret: amoꝛe creſcente oſculabat eos amã ter ꝛ ſepe. Quia etiã pedes dñi/ ꝓpter diutinã diſcal ciationẽ calidi erãt: vngebat eos precioſo vnguento Cõſpice igit̃ bene ipam/ ꝛ ſup his moroſe mediteris ob ei⁹ deuotionẽ/ qꝛ ita ſingl̃ariter fuit a dño dilecta ꝛ qꝛ ſolẽne fuit hoc factũ. Cõſpice etiã dñm Jeſum ꝙ benigne ſuſcipit eã/ ꝛ ꝙ patiẽter ſuſtinet quidquid fa cit: ceſſat ꝛ quieſcit a comedendo donec negociũ com pleatur. Ceſſant ꝛ cõuiue ꝛ oẽs ſup hac nouitate mi rãtur. Symon autẽ vehemẽter ipm iudicabat in coꝛ de ſuo/ ꝙ a tali femina ꝑmittebat ſe tangi/ quaſi non eſſet ꝓpheta/ nec etiã cognoſceret. Dñs autẽ cogita tionib⁹ coꝛdis eius reſpõdit/ ꝛ ſe verũ ꝓphetã oſtẽdit ꝛ exẽplo debitoꝛis eũ cõuicit. Et volens aperte demõ ſtrare ꝙ oĩa in dilectiõe ꝯſummãtur dixit. Dimittun tur ei pctã multa/ qm̃ dilexit multum. Et dixit ad eã. Uade in pace. O verbũ delectabile ſuaue/ ꝙ libenter illud maria magdalena audiuit/ ꝙ perfecte recepit ꝛ perfecte ad eũ conuerſa: deinceps honeſte ꝛ ſctẽ vixit

ac eidem ꝛ matri eius perſeuerãter adheſit. Medita re iſta diligẽter/ꝛ q̄ta poteris caritate coneris imitari: qꝛ hec maxime verbo et opere meruit cõmendari. Hic expreſſe habes/ꝙ caritas inter deuꝫ ꝛ hoiem pacẽ reformat: qꝛ operit multitudinẽ pctõꝝ. Scḋꝫ Ber. q̄titas cuiuſlibꝫ eſtimat̃ de mẽſura caritatis quã habet. vnde q̄ multũ caritatis habet: magna fit. q̄ parũ: fit paruã. q̄ nichil: nichil. Dicẽte apoſtolo. Si caritatẽ nõ habuero nichil ſum. Sine hac enĩ ĩpoſſibile eſt placere deo: cũ qua placet q̄cũqꝫ placet. Si videas ergo te toto corde ꝟtute ꝛ opere caritatem habere/q̄ facit oĩa dura ꝛ aſpera libẽter portare ꝑ deo ꝛ proximo

¶ Quomodo Johãnes baptiſta diſcipulos ſuos miſit ad chriſtum. Luce. vii. Ca. xxix.

Glorioſus miles ꝛ precurſor dñi Jeſu Johannes baptiſta cũ eſſet ĩ vinculis ꝛ incarceratus ab herode ob iuſticie defenſionẽ: qꝛ redarguebat euꝫ/eo ꝙ tenebat vxorẽ fratris ſui viuẽtis: volẽs ĩducere diſcipulos vt ſequerẽtur dñm ieſum: cogitauit ad eũ ĩpos mittere/vt auditis ꝛ viſis oĩbus verbis eiꝰ ꝛ factis exardeſcerent in amorẽ eiꝰ ꝛ ſequerent̃ ĩpm. Fuerũt igit̃ ex ꝑte iohãnis dicẽtes. Tu es qui venturꝰ es/an alium expectamꝰ. Dñs autẽ ieſus habebat turbã magnã corãm ſe. Cõſpice bene ĩpm/quõ placide recipit nuncios iohãnis/ꝛ q̄ ſapiẽter. ꝑmo factis/poſtea verbis: reſpõdit eis. In eoꝝ preſentia ſurdos ſanauit/cecos/ꝛ mutos/ꝛ multa alia mirabilia fecit/ꝛ p̄dicauit populo/ꝛ ꝓpter eiꝰ abſentiã dixit inter alia. Ite ꝛ renunciate iohãni q̄ audiſtis ꝛ vidiſtis. Fuerunt igit̃ et ea retulerunt iohãni: q̄ ea libẽter audiuit. Illi enĩ diſcipuli (vt pie credo) poſt mortẽ iohãnis xp̄o adheſerũt firmiter. Dñs autẽ Jeſus poſt eoꝝ diſceſſum iohãnẽ

coꝛam populo laudauit/ſcȝ ꝙ erat pluſ ꝗ̃ ꝓpheta/⁊
ꝙ inter natos mulieꝝ maioꝛ eo nõ ſurrexerat/ ⁊ cete
ra:vt de his ⁊ aliis in euangelio habes.

¶ De moꝛte beati iohannis baptiſte. Mathei.xiiii.
Marci.vi. Ca.xxx.

HIc poteſt occurrere cõſideratio de moꝛte bti Jo
hãnis baptiſte. Cũ igit̃ herodes ille nequiſſimꝰ
⁊ adultera illa peſſima ſimul foꝛte cũ dixiſſent illum
occidere/vt peccati ſui redargutoꝛẽ nõ haberẽt/conti
git vt in die conuiuii ſaltaret miſera filia herodias/⁊
daretur ei caput iohãnis/⁊ ſic fuit in carcere decolla-
tus. Uide quãtus vir ꝗ̃ viliter ⁊ enoꝛmiter regnãte ⁊
imperãte nequitia occubuit. O deus qualiter hoc fie
ri permiſiſti. Quid eſt cogitare ꝙ talis moꝛiat̃. Jo-
hãnes q̃ tante ſanctitatis ⁊ perfectionis erat/vt puta
retur eſſe chꝛiſtꝰ. Igitur ſi vis hoc negociũ ruminare
poſt nepharia opera eoꝝ cogita iohãnis magnitudi
nẽ/⁊ excellentiã ſingularẽ: tunc vere poteris ſtupere.
Audiſti quomõ fuit a dño ꝯmẽdatus; audi ⁊ quomõ
cõmẽdat̃ a ſancto Bernardo. Johãnes inquit vbiqȝ
maioꝛ in omnibꝰ ⁊ ſingulis mirabilis ſuꝑ oẽs. Quis
ſic glorioſe annũciatus eſt? Quis ſic ſpecialiter ĩ ma
tris vtero legitur ſpiritu ſancto fuiſſe repletꝰ. Quem
legiſti intra matris vteruȝ exultaſſe? Cuiꝰ natiuitatẽ
vidiſti eccleſiã celebrare? Quis puer ſic heremũ con
cupiuit? Quis tã ſublimiter fuit conuerſatus? Quis
penitentiã ⁊ regnum celoꝝ primꝰ oſtẽdit? Quis regẽ
glorie baptiſauit? Cui ſe ꝓmũ trinitas reuelauit aper
te? Cui tale teſtimoniũ perhibuit dñs? Quẽ ſic hono
rat eccleſia. Aſſimilat eni eũ oibꝰ oꝛdinibꝰ angeloꝝ
ſanctoꝝ/imo videtur quaſi pꝛeferre. Et iohannes os
aureũ ſimiliter ſũme extollit eũ dicẽs. Johãnes ſca-

la virtutum ⁊ cetera. Si ergo ad inuicem comparas
excellentiā ⁊ dignitatē iohānis/⁊ profunditatē ſcele
rum eoꝝ qui eū occiderunt: merito habebis materiā
ſtupēdi ⁊ murmurādi (ſi fas ſit dicere) etiā contra deū
Nam ad hūc talē ⁊ tantum mittit ſpiculatorē/collum
parat humiliter/genuflectit/⁊ deo gratias agēs po-
nit ſacratiſſimū caput ſup aliquo trunco vel lapide: ⁊
patiēter ictus ſuſtinet quouſqȝ totaliter abſcindatur.
Ecce quomodo vadit Johānes amicus dñi Jeſu ⁊ cō
ſanguineus/deiqȝ maxim⁹ ſecretarius. Vere nobis
magna confuſio eſt ſi patientiā in quibuſcūqȝ aduer
ſitatibus non habemus. Johannes innocens mortē
talem ſuſtinuit patiēter/⁊ nos plerūqȝ pctīs aggra-
uati ⁊ ira dei digni/non poſſumus etiā paruas iniu-
rias ⁊ grauamina tollerare: imo plerūqȝ nec verba.
Dominus autē Jeſus tunc erat in partibus illis iudee
ſed nō in terra illa. Cū autē mors Johānis ei fuiſſet
nunciata: fleuit pius dñs pugilē ſuum ⁊ cōſobrinum
fleuerunt ⁊ diſcipuli eius cum eo. fleuit ⁊ beata ꝟgo:
que ipm natum de terra leuauit ⁊ tenere dilexit. Sed
dominus conſolabat matrem ſuā. Ipſa vero dicebat
Fili quare non defendiſti eum ne ſic moreret? Et do-
minus ad eam. Reuerenda mater non expediebat
ei talis defenſio. Nam ipē pro patre meo mortu⁹ eſt/
et pro defenſione ſue iuſticie. Cito autem erit in ſua
gloria. Ipſe enim pater non intendit defendere ſuos
tali modo in hoc mundo: quia nō ſunt diutius in eo
moraturi/nec eorum patria hic eſt: ſed in celis. Jo-
hannes eſt ſolutus a vinculis corporis/nec eſt vis in
mundo moriēdi. Seuit hoſtis in eum q̄tum potuit:
ſed ipē cum patre meo regnabit in eternum. Cōſole
ris mater cariſſima/quia Johanni ſemper erit bene

Poſtea vero lapſis aliq̄bus diebus diſceſſit dn̄s Je
ſus de partibus illis/ꝛ rediit in galileā. Tūc aūt p̄di
ctis omnibus te preſentem exhibeas/ꝛ ea mediteris
deuote quocūq3 ierit dominus Jeſus/ſequens.

¶ De locutiōe domini cum ſamaritana ad puteum
Johannis.iiii. Ca.xxxiii.

Cum dn̄s Jeſus de iudea ī galileam rediret que
eſt via viginti miliariorum/ꝛ ampli⁹ vt dixi tibi plu
ries:ꝛ trāſiret per ſamariā fatigat⁹ eſt ex itinere. Cō
ſpice nūc ꝓ deo hic/quomodo fatigatus ꝛ eſt ſudorē
emittens plane incedit. Sepe fatigat⁹ eſt/ꝛ tota vita
ſua laborioſa fuit. Poſuit ergo ſe dn̄s ad ſedēdū ſup
quendā puteum ꝛ quieſcebat: diſcipuli aūt ierūt ad
querēdos cibos in ciuitatē. Venit ergo mulier q̄dam
q̄ vocabatur lucia ꝓ aqua ad puteū. Dn̄s autē Jeſus
cepit loqui cū ea/ꝛ de magnis factis tractare/ꝛ ſeip̄m
eidē manifeſtare. De q̄bus aūt cū ea loquebat̄ ꝛ qua
liter diſcipuli redierunt/ꝛ qualiter ad verbū mulieris
ciuitas venit obuiā ei/ꝛ qualiter ipſe cū eis ſtetit/ꝛ iuit
diſceſſit:nō intēdo referre. Plana ē enim euāgelica
hiſtoria:lege ip̄am:ꝛ ip̄m dn̄m aſpice in actib⁹ ſupra
dictis. Ex ipſa hiſtoria quedam pulchra ꝛ vtilia nota
ꝓpter humilitatē dn̄i Jeſu:tum q2 ſol⁹ remāſit humi
lis dn̄s:diſcipulis autē eūtibus/cōſidēter eni ſe habe
bant ad eū:tum etiā q2 cū illa muliercula ſola de ma
gnis factis loq̄batur: ſic ꝛ ſic tractabat humiliter ac
de pari loq̄bantur adinuicē. Non enī dedignabat̄ eā
ſ3 talia cum ea dicebat/ꝙ ſi multi ſapiētiſſimi reſpon
diſſent de talibus magnū fuiſſet. Non ſic faciūt ſup-
bi:ſi enim ampulloſa v̄ba ſua funderēt inter paucos
ne dū cum vno:ea ꝑdita reputarēt/nec illos reputa-
rēt eorum v̄ba ſuſcipere. Sc̄do paupertatē ipſius et

afflictionem corporis. Conſidera etiam humilitatē. i
ꝛ multa cū eis. Habes enī ꝙ diſcipuli iuerūt ad ciui-
tatē ad querendū cibos/ꝛ queſitos portauerūt/ꝛ vole
bāt ꝙ mādūcaret ſʒ ſi eos ibi manducaſſet: certe ibi
ad puteum aut ad aliquē riuū ſiue fontē potaſſet. Ui-
des ergo hic qualiter famelicus ꝛ fatigatus reficie-
batur. Unde colligere potes ꝙ humil'ſ dñs ac pau-
pertatis amator/cū ibat per mūduʒ: ſepe comedebat
extra ciuitates ꝛ hoīm habitatiōes ad aliquē riuum
vel fontē ꝙtūcūqʒ fatigatus aut afflictus foret. Nec
habebat coacta exq̄ſita cibaria/ nō vaſa carioſa/non
delicata vina: ſʒ habebat aquā viuā ex ipo fonte viuo
qui vineas fecūdabat / ꝛ creauerat oīa q̄ mouētur in
aquis. Et panē vt pauper ſedēs in terra comedebat.
Tercio cōſidera quō intētus erat ſpūali ſtudio. nā cū
diſcipuli inuitarēt eū vt comederet; dixit. Ego cibum
habeo mādūcare quē vos neſcitis. Meus cib⁹ eſt vt
faciā volūtatē patris mei q̄ miſit me. Nec voluit mā
ducare/ſʒ expectauit eos q̄ erāt in ciuitate vt eis p̄di
caret: prius operari volēs ea q̄ ſpūs erāt ꝙ ea q̄ erāt
corporis: ꝙtūcunqʒ indigeret. Conſpice igit̄ eum in
predictis/ꝛ eius virtutes imitare.

¶ Quomodo dñs Jeſus ductus fuit ad ſupciliū mō
tis vt eum p̄cipitarēt. Luce. iiii. Ca. xxxii.

Cum rediſſet dñs Jeſus nazareth/ ꝛ illi eū roga-
rēt vt miracula faceret / ꝛ ipſe eos miraculis in-
dignos oſtēderet illi furore accēſi expulerūt eū extra
ciuitatē. Benignus ergo dñs ante eos fugiebat ꝛ il-
li pſeq̄bantur eum. Quid tibi videt̄. In tātum furor
eoꝝ exarſit: ꝙ eū vſqʒ ad ſupcilium mōtis duxerūt vt
eū inde p̄cipitarēt. Dñs aūt diuina virtute tranſiēs ꝑ
medium illoꝝ ibat. Non dū enim mori elegerat. Et

dicit gloſa/ quando dñs ieſus de manibus eorum lapſus de mõte deſcẽderet ⁊ ſub rupe lateret/ſaxum/ ſubterfugit/⁊ locũ ei dedit q̃tũ erat ſua capacitas/ac ſi fuiſſet de terra/ ⁊ ruge veſtis ei⁹ ibi remãſerũt ac ſi ſtuppe eſſent. Cõſpice igit̃ eũ ante ipſos fugientẽ ⁊ la ter..ẽ ſub rupe/⁊ cõpat‿re afflictionẽ ſuis/⁊ in humi- litate ac patientia ipſum imiteris.

¶ Qualiter dñs ieſus ſanauit quẽdã hñtẽ manum aridã. Luce. vi. Marci. iii. Math. xii. Ca. xxxiii.

Quadam die ſabbati docebat dñs ieſus in ſyna- goga vbi erat quidã habẽs manũ aridã: fecit au tem ieſus ſtare in medio/ vt queſiuit ab illis ſapiẽti- bus ſi licebat in die ſabbati benefacere. Ipſi vero ta- cuerũt. Dñs aũt ieſus habẽti manũ aridã dixit. Extẽ de manũ tuã: ⁊ ſanatus eſt. Pluries diebus ſabbato rũ facit miracula dñs ieſus ad eoꝝ ↄfuſionẽ qui legẽ carnaliter intelligebãt/quã ſpũaliter obſeruare nole bãt. Nõ eni in die ſabbati erat a bono abſtinendũ / ⁊ ab operib⁹ caritatis: ſed a pctis/⁊ ab oibus ſeruilib⁹ At inde illi multum ſcãdalizantur/ ⁊ conſpirãt con- tra eum dicẽtes. Non eſt hic homo a deo qui ſabbatũ nõ cuſtodit. Sed propterea dñs non dimittebat: imo ſtudioſus faciebat vt eos erueret ab errore. Conſide ra igitur eum in p̃dictis operationib⁹ / ⁊ eius exẽplo non ceſſes a bono opere: etiã ſi alius inde ſcandalize tur iniuſte. A bono eni opere neceſſario ad ſalutẽ aie aut ꝑfectũ ſpiritus conferente nõ debet quis ceſſare ꝑpter ſcandalũ alterius. A cõmodo vero corporali ſcðm ꝑfecte caritatis exigentiã abſtinẽdum eſt pro- pter ſcandalũ fratris. Ad ro. xiiii. Bonum eſt nõ mã ducare carnem nec bibere vinum/neq; in quo frater tuus offendit ſcandalizetur aut infirmatur.

ſcãdalũ

¶ De multiplicatione panū. Math. xiiii. Marci. vi. et. viii. Luce. ix. Johannis. vi. Ca. xxxiiii.

De duabus vicibus legitur q benign⁹ dn̄s multiplicauit paucos panes: et inde multa milia hoīm ſatiauit. Nos tn̄ in vnū redigam⁹ meditationē i qua cōſideramus dicta et facta ipius. Dicit enī tūc. Miſereor ſup turbam: qr ecce iā triduo ſuſtinēt me/nec habent q manducēt: et ſi dimiſero eos ieiunos deficient in via. Quidā enī ex eis de lōge venerāt: et poſtea panes multiplicauit/ita vt oēs comederūt abundāter. Conſidera ergo in his plura bona. Specialiter quō dn̄s ieſus erat miſericors/curialis/et gratus/ diſcret⁹ et circūſpectus. Primo cōſidera quomō erat miſericors/qr mia traxit eū ad ſubueniēduz eis. Ideo dixit miſereor ſup turbam. Nam mia eius plena eſt terra Scd̄o curialis et gratus ex cauſa quā aſſignat. Ecce inquit iā triduo ſuſtinent me. Uide curialitatē et gratitudinē magnā et mirabilē. Nam quaſi beneficio ab eis recepto ſic loqtur/cū in veritate ipoꝝ nō eſſet/ſed ſuū. Sed ſic eſt/et vt alibi dicit. Delicie mee cuz filiis hoīm/cum ſibi nil accreſcat: nobis autē proueniat ſalus. Illos ergo qui eū ſequunt et pcepta eius ac monita cuſtodiunt/diligit dn̄s / nec enim manum claudit quin eis plene ſubueniat cum expedit eis. Tercio diſcretus et circunſpectus/eo q conſiderabat eorum indigentiam et impotentiam qualiter deficere poterant. Uides ergo q ſapida et q melliflua fuerūt iſta verba ſicut ſpecialiter poſſum⁹ in aliquo ſpeciali negocio prouidere. Non ergo habeamus elatiōis materiam / cum de manu domini aliquem conſolationē recipimus/vel aliquē pfectum ſpūalis exercitii ſentimus: qr nō a nobis ſed ab ipo habemus et eſt. Ideo ſi

bene attendis: q̄to pfectiores ſunt ſerui dei/deo propinquiores et in donis ei9 excellētiores: tāto humiliores eſſe eos videbis. Qr nil ſibi attribuunt/niſi defectus et pctā. Et q̄to quis ei magis appropinquat tanto magis eſt illuminatus. Ideo dei magnificentiā et ſuā miſeriā clarius videt. et ſic in eis nō pōt habere locum ſupbie/nec vana gloria/q̄ ex ignorantie cecitate pcedunt. Nō enim q̄ bn̄ ſe et deum cognoſceret et examinaret: ſupbire poſſet. Et eſt lōga via qua ad deum venim9/et ſpecialiter inuiſibilib9 loquor qui in tā longā regionem ab eo diſgreſſi ſum9 per pctā. Ad eum igit rediens q̄s/dr̄ de lōga via venire. Poſt vba ſic dicta fecit ops facta. Conſpice igit qualiter illos panes accipiens/et gr̄as patris agens / dedit diſcipulis vt apponerent turbe: et in manib9 eor ita multiplicauit vt om̄s pro ſuo libito comederent/et multa ſupereſſent fragmenta. Conſidera igit qualiter aſpicit eos comedere/et in eor iocunditate letat. Conſpice etiam illos quō de iſto miraculo admirātur/ vnus ad alterum inde loqtur/letātur/et cū gratiar actione mādūcāt/nō ſolū corporis: ſʒ (ſaltem aliqui ex ipſis) et mētis refectionē percipiētes. Sʒ nunq̄d fuit ibi dn̄a noſtra vt de panibus libēter mulierib9 porrigeret/et de earū recreatione gauderet? ſcriptura de hoc non loquitur/ tu autem meditare prout dominus tibi dederit.

¶ De fuga dn̄i Jeſu quādo turba voluit eum facere regem. Johannis. vi. Ca. xxxv.

Poſtq̄ dn̄s Jeſus ſaciauit turbas (vt ſuperi9 cōtinetur) voluerūt eū facere regē. Cōſiderabāt enī q̄ poſſet eor neceſſitatib9 ſubuenire. Dn̄s aūt Jeſus vidēs voluntatē eor: fugit ab eis in montē: ita q̄ illi nō ppēderunt nec eū inuenire potuerūt. Voluit ergo

tēporaliter honorari. Et vide quomodo vere ⁊ nō ficte hunc fugit honorē. Miſit enī diſcipulos per mare ⁊ ipē aſcēdit in montē/ vt ſi eū inter diſcipulos quererent: ipm inuenire neqrent. Diſcipuli aūt nolebāt ab eo ſepari: ſ3 ipſe coegit eos intrare naviculā ⁊ trāſfretare. Bonū erat eoꝝ deſideriū/ ſc3 velle ſemꝑ cū dn̄o ſtare/ ſ3 ipē aliter prouidebat. Conſpice ergo eos quō ab eo inuite diſcedūt/ ⁊ quō coegit eos oſtendēs penitus ſe ita velle/ ꝙ ſine ipo vadāt in naui. Tūc ipi obedierūt/ ꝙtūcūq3 graue ⁊ durū videret eis. Sic quotidie nobiſcum facit/ vellem⁹ enī bene ꝙ nūꝙ a nobis diſcederet/ ſed ipſe aliter ſe h3 cum aīa / vadit ⁊ redit ꝑ velle ſuo/ ſed ꝓ noſtro bono. Ideo forte ſubſtrahit ſe (ſm̄ Bernar.) vt auidius reuocetur ⁊ fortius teneat Vn̄ aliqn̄ ſimulabat ſe lōgius ire/ nō q² hoc vellet / ſ3 q² volebat audire/ mane nobiſcu3 dn̄e qm̄ adueſperaſcit. Eſt ire quidē diſpēſatiuū/ redire ſemꝑ volūtariu3 ergo ſi morā fecerit/ nō tardat quo ad meritū/ ſ3 quo ad votum. Deb3 igr̄ aīa deū inuocare inſtāter/ ⁊ interim ſuſtinere ꝓcellas maris exēplo diſcipuloꝝ nauē intrātium ⁊ expectantiū liberationē. S3 redeam⁹ ad dn̄m ieſum. Ingreſſus enī diſcipulis mare/ ipſe ſolus aſcēdit in montē/ ⁊ ſic euaſit man⁹ eoꝝ q̄ querebant eū. Vides ꝙto ſtudio ⁊ cautela regnū declinauit ⁊ honorem. Exēplum nobis in hoc dedit vt ſilr̄ faciamus Non enī ꝓ ſe: ſed ꝓ nobis fugit. Cognoſcebat enim ꝙtum petm̄ ſit ad honores aſpirare ſiue prelationis ⁊ pōpe ſiue ſcietie. Et hoc ꝓbat multipliciter. Primo: q² oportet procurare ⁊ nutrire amicos q̄bus habeant honores ⁊ augeātur. Et in hmōi multa faciūt ad amicoꝝ cōplacētiam/ q̄ ſunt contra deum ⁊ iuſticiā/ ⁊ etiā faciunt fieri. Scd̄o: q² inuidēt ⁊ detrahūt habētibus

vt ipſi honorabiliores habeātur ⁊ ita in odiū ⁊ in in-
uidiā labūtur. Tercio: qꝛ ſe reputat ⁊ reputari putat
tali honore dignū / ⁊ ſic cadit in eleuationē et ſupbiā
que demergit hoīem in ꝓfundū qꝛ deus ſupbis reſi-
ſtit humilibus aūt dat gratiā. Multos hꝫ hō ɔtradi-
ctores / anteq̄ pueniat ad honorē. O q̄ difficilis via
Sed dato q̄ pueniat: dicit ſcriptura q̄ potētes potē-
ter tormēta patient. ⁊ nō loqtur de ſolitudinibꝰ ⁊ an
xietatibus quas quis patit hic / ſed in futuro. qꝛ quaſi
ſemp in amaritudinibꝰ eſt oculꝰ eius ⁊ aliꝰ ſenſus qꝛ
ſepe inuidet cui ſe poſteriorē iudicat aut putat ab aliis
reputari. Si vero velimꝰ ad verum honorē puenire
aſcendamꝰ ad xp̄m vel cū xp̄o ad paradiſuꝫ: ſed vix
inueniunt qui patiātur trahi / qui velint per viā duci
mādatoꝝ. Sed multi blādiunt ſibi / ſupbi de honore
ſciē / vel ſub ſpe lucri que excercēt ad alioꝝ ſalutē. Sꝫ
vtinā ſi fieri poſſet ſic fideliter miniſtraret ſicut fideli
ter ſe ingeſſit: ſꝫ forte ipoſſibile p̄ſidenti eſt vt ex ama
ra radice ābitiōis fructꝰ caritatis oriat. Nā ſm Cri-
ſoſtomū ſup math. Tale q̄dem eſt vti honoribꝰ ac ſi
aliquis cum puella ſpecioſa ɔuerſetur / ⁊ legem acci-
piat ne in ipſam vnq̄ oculos iaciat impudicos.

¶ Quō dn̄s Jeſus orauit in mōte ⁊ deſcendens am
bulauit ſup aquas / vbi petrus merſus eſt Math. xiiii
Marci. vi. Johannis. vi. Ca. xxxvi.

Sicut in ſuperiori tractatu habuiſti dn̄s ieſus coe
git diſcipulos intrare in nauiculā / ⁊ ipe ſolꝰ aſcē
dit in montē. Cōpleamꝰ ergo que dn̄s ieſus operatꝰ
eſt per illud miraculū de panibꝰ. qꝛ iſta materia cōti
nua eſt / ⁊ ea q̄ in iſtis tribꝰ tractatibꝰ ſimul facta fue
runt. Ipſam tamē diſiunxi vt melius capere poſſes / ⁊
vt coꝝ mortalitates poſſent meliꝰ explicari. Poſtq̄

Diſcedēs aūt dn̄s a mariis apparuit ioſeph q̄ ſepelierat eū Captꝰ enī erat a iudeis ꝓpter eū ⁊ recluſus ī quodā cubiculo diligēter ſigillato/ ⁊ poſt ſabbatū eū interficere volebāt. Apparuit autem ei dn̄s ieſus ⁊ faciem eius exterſit obſequium dedit/ ⁊ ſaluis ſigillis in domum propriā reportauit. ¶ Quinta apparitio qualiť appuit iacobo mīori Ca. lxxvii.

Apparuit poſtea etiã dñs ieſus iacobo minori q̃ vouerat nunq̃ mãducare niſi videret euʒ reſuſcitatum. Dixit ergo ei dñs ieſus/ ⁊ his q̃ cum eo erant. Ponite mẽſam. Deinde panẽ accipiẽs bñdixit ⁊ dedit ei dicens. Comedite dilecti fratres mei/ qꝛ filius hominis reſurrexit a mortuis. Sic ait hierony.

¶ Sexta apparitio qualiter apparuit petro. Luce. xxiiii. Ca. lxxviii.

Cum autẽ magdalena ⁊ ſocie reuertẽtes domum narraſſent diſcipulis reſurrectionẽ dñi: petrꝰ triſtis qꝛ dñm nõ viderat/ nec q̃ſcere valẽs ob amoris magnitudinẽ receſſit ab eis/ ⁊ ſolꝰ ibat ad ſepulcrum. Neſciebat enĩ vbi euʒ alibi inueniret. Dum ergo iret dñs ieſus ei apparuit dicens. Pax tibi ſymõ. Tũc petrꝰ ꝑcutiens pectꝰ ſuũ cũ lacrimis ad terrã ꝓcidẽs dixit. Dico culpã meã/ qꝛ te dereliq̃ ⁊ pluries negaui. ⁊ oſculatꝰ eſt pedes eiꝰ. Dñs aũt eũ erigẽs oſculatꝰ eſt eũ dixitqꝫ ei. Pax tibi. Noli timere oĩa pctã dimiſſa ſunt tibi. Bñ ego ſciebã vt ꝑdixi tibi. Nũc ergo vade ⁊ ꝯfirma fratres tuos/ ⁊ ꝯfide qꝛ mortẽ ⁊ oẽs aduerſarios deuici. Hic ergo ſilr fit magnũ paſcha. Stant et loquunt̃ mutuo. ⁊ diligenter petrꝰ aſpicit euʒ ⁊ ſingula notat. Bñdictiõe xpo accepta rediens ad dñam et ad diſcipulos oĩa narrat. Scire aũt debes ꝙ de apparitiõe dñi facta matri nil habetur in euangeliis iõ poſui eam ante alias qꝛ ſic videtur tenere eccleſia vt in legenda de reſurrectione habetur.

¶ Quõ dñs ieſus rediit ad ſctõs patres Ca. lxxix.

Dominus ieſus cum receſſit a petro: nundum viſitauerat ſanctos patres poſt reſurrectionez ſuã quos in paradiſo deliciaꝝ poſuerat. Redit ergo ad eos ꝓcidens in ſtola cãdida cuʒ multitudine ãgeloꝝ

Quem in tanta gloria aſpiciẽtes a lõge cum ingẽti gaudio cum canticis ⁊ laudibus ſuſceperũt/dicentes Ecce rex noſter venite occurram⁹ obuiã ſaluatori noſtro. Magnum principium ⁊ regni eius nõ erit finis Dies ſanctificatiõis nr̃e illuxit nobis. Uenite om̃es ⁊ adorate dñm. Et ꝓcidẽtes in terra adorauerunt eũ Et poſt ſurgẽtes ⁊ ſtantes coram eo reuerẽter ⁊ iocũde ꝯpleuerũt laudes ſuas dicẽtes. Uicit leo de tribu iuda. Refloruit caro tua dñe. Adimples nos leticia cũ vultu tuo dñe delectatiões in dextera tua vſq; i finẽ Reſurrexiſti gloria noſtra: exultabimus ⁊ letabimur in te. Regnũ tuũ dñe regnũ oĩm ſeculoꝝ. Dñatio tua in om̃i gñatione ⁊ gñationem. Et nõ diſcedimus a te reſuſcitabimus et nos / ⁊ nomen tuum exultabimus. Precurſor pro nobis ingreſſus es põtifex fact⁹ ineternum. Hec eſt dies quam fecit dñs/ exultemus et letemur in ea. Cantate dño canticum nouũ q2 mirabilia fecit. Appropinquante hora veſptina dixit eis dñs ieſus cõpatior fratribus meis q̃ ꝓpter mortem meã cõtriſtati ſunt ⁊ cõterriti ⁊ diſperſi vt oues errãtes/ ⁊ multum deſiderant me videre. Uadam ergo et oſtendam me ipſis. Confortabo ⁊ cõſolabor eos ⁊ cito reuertar ad vos. At illi ꝓcidentes adorauerunt ⁊ dixerunt. Domine: ſic fiat vt dixiſti.

¶ Septima apparitio quõ apparuit duobus diſcipulis euntibus in emaus. Ca. lxxx.

CUm ergo ex diſcipulis eius duo irent ad caſtellũ Emaus quaſi deſperati de ip̃o ⁊ eſſent triſtes de his q̃ acciderant conferendo dñs ieſus venit ⁊ iunxit ſe illis in ſpecie peregrini/ ⁊ ibat cũ illis interrogans eos ⁊ reſpondens ⁊ conferens verba ſalubria. Tandem coactus ab eis intrauit cũ illis ⁊ manifeſtauit ſe

illis. Attende ꝛ cogita multiplicem bonitatem dñi. Primo q: nō potuit eius ferueñs amor ſuſtinere ſuos ſic errare ꝛ ꝯtriſtari. Vere fidus amicus eſt ꝛ fidelis comes benignus dñs iūxit ſeipſis q̄rit triſticie cauſaꝫ ꝛ exponit eis ſcripturas inflāmās corda eoꝝ ad oēm rubiginem extirpandam. Sic quotidie nobiſcū facit ſpūaliter. Si enī in aliqua grauati ꝑplexitate vel accidia de ipſo loquimur/ſtatim adeſt ꝯfortans ꝛ illuminās corda nr̄a ꝛ inflāmans in amorē ſui. Optimum eſt enī remediū cōtra tales peſtes loqui de deo. Quā dulcia faucibus meis eloq̄a tua ſup mel ori meo. Similiter ꝛ cogitare de deo. Concaluit cor meum intra me. Scd̄o ꝯſidera bonitatem dei nō ſolū ex amore vt dixi:ꝫ etiā ex hūilitate ꝓfunda. Attende qualiter vadit cū eis dñs olim. Nōne tibi videt̄ ad primordia humilitatis rediſſe? Exemplū enī reliq̄t nobis ſimilia faciendi. Sꝫ in alio attēde dñi humilitatē:q: non eſt dedignatus hos diſcipulos inferioris gradus. Nō enī erāt iſti de ap̄lis:ſed de aliis diſcipulis minoribus et tū familiariter iungit ſe eis loquitur ꝛ vadit cum eis. Nō ſic elati. Nolūt enī loqui niſi cū magnatib⁹ ꝛ cōuerſari ꝛ ambulare. Item in alio loco relucet iterum ſua hūilitas. Nam ſi ꝯſideras/videbis ꝙ elati nolūt ampulloſa ſua oſtēdere inter paucos:ſed dñs cū duobus loquit̄ archana ſua. Non vilipendi paucos:īmo nec vnū. Patꝫ de ſamaritana. Tercio ꝯſidera dñi bonitatem q̄tum ad pn̄s negociū quō inſtruit diſcipulos in minorib⁹ reficit ꝛ ꝯſolat̄/fingit ſe longius ire vt eoꝝ augeat deſiderium vt inuitet̄ ꝛ teneat̄ ab eis. Et poſtea benigne intrat cū eis/ panem accipit ꝛ benedixit manibu s uis ſanctis/ frangit ꝛ porrigit/ꝛ ſe ſpm eis reuelat. Et hoc quotidie facit nobiſcū inuiſi-

biliter. Nam teneri vult ⁊ inuitari per deſideria ōrōnes aſſiduas: ⁊ deuotas meditationes imo opʒ orare ⁊ non deficere vt ipſe docuit. Quod ad noſtrā eruditionē fecit ſcʒ vt intēdamus ad opa pietatis ⁊ hoſpitalitatis / ⁊ quomodo non ſufficit eloquia diuina legere vel audire: niſi opere ꝯpleantur. Attende etiam ꝙ non tunc dedit illis diſcipulis magnam ſui copiam: ſed ſtatim porrecto eis pane / euanuit ab oculis eorum. Nam alios conſolari volebat cum quibus etiā iſtos conſolatus eſt.

¶ Octaua apparitio quomodo dominus ieſus apparuit diſcipulis recluſis in die reſurrectionis. Luce xxiiii. Johannis. xx. Ca. lxxxi.

Redierūt ergo ꝑdicti duo diſcipuli ſtatim in hieruſalem ⁊ inuenietes alios diſcipulos ꝯgregatos abſente thoma narrauerūt eis / pariterqʒ audierunt qꝛ ſurrexit dn̄s ⁊ apparuit ſymoni. Tunc dn̄s intrans ad eos ianuis clauſis ſtetit in medio eoꝝ dicēs Pax vobis. Diſcipuli vero ꝓcidentes ad terram et ſuā culpam dicētes qꝛ ſic eū dereliqrant ip̄m alacriter ſuſceperunt. Tunc dn̄s ait. Surgite fratres mei: qꝛ oīa pctā vr̄a vobis dimiſſa ſunt. Stat igr̄ familiariter inter eos oſtēdit eis manus ⁊ latus / aperuit eis ſenſum vt intelligāt ⁊ cognoſcāt reſurrectionē ſuam. Petit ſi hn̄t aliqd ad comedendum / ⁊ mādūcat cum eis partē piſcis aſſi ⁊ fauū mellis. Inſufflat in eos et dat eis ſp̄m ſctm̄. Uides qm̄ oīa plena ſunt iocunditate ⁊ ſapiētia. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domīo. Letant̄ coram eo qui ſic erant prius pauefacti. O ꝙ libenter ei porrexerūt vt comederet ꝙ fideliter ei miniſtrabant ⁊ ꝙ iocunde aſſiſtebant ei. Cogita dominam eſſe ibi ⁊ diſcipuli cōgregabant̄ ad eam / qui fa-

millariter ſedebant iuxta filium ſuũ. Dñs autẽ ieſus
de manibꝰ coꝝ cibum reuerenter ſuſcipit ⁊ reuerẽter
matrẽ honorat corã diſcipulis. Nec omittas magda
lenam diſcipulã ⁊ aplõꝝ apoſtolam ꝯſpicere qualiter
ad pedes dñi more ſolito ſedet: diligenter audit ꝟba
eius/⁊ ſic quid põt gaudioſe ⁊ toto affectu miniſtrat.
O qualis eſt nũc iſta domũcula/ ⁊ q̃ glioſum habita
re in ea. Nõne tibi videt̃ in ea magnũ paſcha ſi aliq̃d
deuotiõis ſentis? Puto ſic. Sʒ parum ſtetit dñs cum
eis/q: erat quaſi ſero: tñ forte ipſi coegerũt eũ aliq̃tu
lum plus ſtare rogãtes ne ſic cito recederet. An non
credis ꝙ magdalena ſedet ad pedes eiꝰ tenẽs eum
cõfidenter ⁊ cum reuerenti audacia ne diſcederet ita
cito? Erat eni indutus veſtibus albiſſimis glorie ſue:
ſic enĩ eum tenebat/nõ p̃ſumptuoſe/ ſʒ ꝯfidentẽ facie
bat ſicut diligens ⁊ dilecta/nec dño diſplicebat. Te-
neri enĩ vult/vt pʒ in duobus diſcipulis euntibus in
emaus. Tandẽ dñs reuerentia matri facta ⁊ ab ea ſi
militer recepta bñdicens oẽs receſſit ab eis. Ipſi ꝟo
de reuerſione rogauerunt eum. Remãſerunt autẽ fa
melici ⁊ ſitibundi de dño ſuo de quo tantam copiam
habere cõſueuerant/eum ſepe deſideriis reuocantes
Vidiſti quõ hodie habuiſti paſcha. Nam oĩs ſupra
dicte apparitiões fuerũt in die paſche. Sʒ ſi forte au
diſti ſed non ſenſiſti q: nec forte paſſionem habuiſti.
Credo ꝙ ſi in paſſionẽ ſcires cõuerti mentẽ haberes
vnitã nec ad varia mũdana diſpſam. Tunc vero dñs
ieſus rediit ad ſctõꝝ patres q̃ coram eo nõ ocioſe: ſed
iocundanter laudibus inſiſtebãt. Quid autem dixe-
runt/ipſe noluit reuelare. Tu autem cogita eos qua
ſi cum corporibus. Et recolentes beneficia deo gra-
tias agebãt per ſingulas generatiões. Primo offe-

rentes ſe laudare eum tanq̄ dignum om̄i laude. Se
cundo recognoſcēdo deū ſuū. Tercio numerādo ipſa
beneficia. Quarto exhortando omnes ad laudem.
Quinto ipm̄ adorando. In quib⁹ eos diligēter ⁊ re
uerēter attēde q̄r oīa valde deuota ſunt ⁊ vtilia: non
ſolum ad preſentes meditationes: ſ; ⁊ laudes ⁊ cantẽ
ca q̄ ſibi in patria exhibent. Incipiēs igit̄ p̄ ſe ad᷑ ⁊
ſua gn̄atione ſtās corā eos alacriter ⁊ reuerēter ait.

¶ Cāticum ade p̄ ſe ⁊ ſua gn̄atione Ca.lxxxii.

Exultabit cor meum in ſalutari tuo: cātabo tibi q̄
bona tribuiſti michi: ⁊ pſallam nomini dn̄i altiſſi
me. Tu es q̄ feciſti celum ⁊ terrā: mare ⁊ oīa q̄ in eis
ſunt in ſapientia feciſti. Impleta eſt terra poſſeſſione
tua. Manus tue fecerunt me ⁊c. Dediſti mich' intel-
lectum vt ſeruarē mādata tua. Oīa ſubieciſti ſub pe-
dib⁹ meis ⁊c. Ego aūt cū in honore eſſem nō itellexi;
ꝯparat⁹ ſum iumētis inſipiētib⁹ ⁊ ſilis fact⁹ ſu; illis.
Trāſgreſſus ſum mandatum tuum. Voci maieſtatis
tue non obediui. ꝓpterea repleta eſt malis aīa mea:
⁊ vita mea in inferno appropiquauit. Circūdederūt
me mala quorum nō eſt numerus ⁊c. Mias tuas do
mine ineternū cantabo. Exaudiſti de celo ſctō tuo vo
cem meā. Inclinaſti celos ⁊ deſcēdiſti/⁊ eruiſti aīam
meā de inferno inferiori. Tenuiſti manum dexteram
meā/⁊ eruiſti aīa; meā de manu inferi ne piret. Pro
feciſti poſt tergum oīa pctā mea. Tu me lauiſti in ſan
guine tuo. Que ego rapui: tu exoluiſti. Mias tuas
dn̄e ineternum cātabo Venite ergo filii audite me ⁊
magnificate dn̄m mecum. Cātate canticum. Venite
adoremus ⁊ ꝓcidam⁹ ante dn̄m deū noſtrū. Et oēs
ꝓcidentes adorauerunt eum.

¶ Canticum noe p̄ ſe ⁊ ſua gn̄atione Ca.lxxxiii.

Tunc ſurgens ille ſanctus noe ſingulariter electus a deo toto orbe terrarum ꝑ ſe ⁊ ſua gñatione ſic fuit dño laudes ꝓſecutus. Confitebor tibi in toto corde meo: in conſilio iuſtorum et congregatione. Laudabo nomen dei cum cantico ⁊c. Cum velles de ſupficie terre delere hoīem quem creaueras: tu dirupiſti fontes et torrentes: tu ampliaſti fluuios ethan. Oīa que voluiſti feciſti in mari ⁊ in omnibus abyſſis Tunc auditam feciſti michi miam tuam. Diluuium inhabitare me feciſti. Miſiſti de celo ⁊ accepiſti me. Oīa excelſa tua ⁊ fluctus tui ſuper me tranſierunt Non me demerſit tempeſtas aque qꝛ firmaſti arcam tuam altiſſime. Nunc adieciſti viſitare nos in pace. Dominus noſter venit: ſuorum pauperum recordatus. Venite ergo filii et conſiderate opera dei: ꝙ terribilis in conſiliis ſuper filios hominum. Cantate domino canticum nouum quia mirabilia fecit. Et oīs tunc ꝓcidentes adorauerunt eum.

¶ Canticum abrahe/yſaac/et iacob pro ſe ⁊ ſuis generationibus Ca. lxxxiiii.

Fidelis quoqꝫ ⁊ cunctorum principium et forma Abraham necnon yſaac ⁊ iacob ꝓ ſe ⁊ ſuis generationibꝰ ſic cecinerunt. Cōfitebimur tibi deꝰ cōfitebimur: ⁊ inuocabimꝰ nomē tuum ⁊c. Notam feciſti in populis virtutem tuam: redemiſti in brachio tuo filios iſrael iacob ⁊ ioſeph. Memores erimus teſtamēti tui ⁊c. Non dimiſiſti hoīem nocere nobis: ⁊ corripuiſti pro nobis reges. Elegiſti nos hereditatem tuam nomē a ſeruis tuis aſſumpſiſti. De ſemine nr̄o ſalus oīm factꝰ es: ⁊ ꝓmiſiſti. Non enī angelum dñe/ſed ſemen abrahe apprehēdiſti. Memor fuiſti verbi ſancti tui. Tu nos gloria noſtra redemiſti. Montes iſrael

ramos veſtros expandite/ꝛ florere ꝛ fructus facite: quia lux mundi dñs cum potentia vel gloria reſurrexit. Cantate ei canticum nouū: bene pſallite ei in vociferatione. Qui timetis dominum laudate eum ꝛc. Exultemus dominum deum noſtrū ꝛ adoremus ſcabellum pedum eius: qm̄ ſanctum eſt. Et omnes procidentes adorauerunt eum.

¶ Canticum moyſi et ioſue pro ſe ꝛ generationibus ſuis. Capitulum. lxxxv.

Adhuc illi viri ſublimes duces caſtrorum ꝛ populi domini moyſes ꝛ aaron/phinees ꝛ ioſue dñm ieſum pro ſe ꝛ ſua generatione totaliter laudauerunt Cātabimus tibi dñe: glorioſe enim magnificatus es vehementer. fortitudo ꝛ laus noſtra: factus es nobis domine in ſalutem. Narrabimus laudes tuas ꝛ mirabilia que feciſti ſigna in manibus noſtris poſuiſti pharaonē ꝛ ſeruos eius oēs. Abſtuliſti populū tuum de medio eorum in manu potenti ꝛ brachio excelſo. Diuiſiſti mare rubrum in diuiſiones. Eduxiſti nos per medium eius. Eduxiſti nos cum argento ꝛ auro/ ꝛ non erat in tribubus noſtris infirmꝰ. Dediſti nobis manna ad manducandum. Panem angelorū manducauimꝰ. Eduxiſti populum tuum per deſertum in manibus noſtris. Lex tua immaculata conuertens alas quam nobis tuo digito ſcripſiſti. Ꝙ dulcia faucibus noſtris eloquia tua dum nobiſcum dñe loquebaris. Dediſti nobis in poſſeſſionem terram gentiū deſiderabilem. Nunc autem tu deus noſter ꝛ legifer/ad tuos ſaluādos deſcēdiſti. Et vos filii videte opa dei/ ꝛ glorificate nomē eius. Jubilate deo oīs terra ꝛc. Et oēs procidentes adorauerunt eum. Et refertur ꝙ iſte eſt hymnus quē xp̄s dixit in cena cum diſcipulis

qn̄ dixit. Et hymno dicto exierūt in montē oliuarum.

¶ Canticum dauid ꝛ aliorum prophetarum pro ſe ꝛ ſua generatione Ca. lxxxvi.

Poſt hec dauid rex populi dn̄i ac prophetarum eximius/ꝛ pſalmoꝝ ꝛ cāticoꝝ precipuus compilator tali cātico ꝓ ſe ꝛ ſua gn̄atione deum honorauit Deus canticum nouū cantabo tibi: in pſalterio decacordo pſallam tibi. Qui das ſalutē regibus ꝛc. Memor fuiſti dn̄e dauid: ꝛ om̄is māſuetudinis eius. Suſtuliſti eū de gregibus ouium ꝛ regē dn̄s vnxiſti eū ſcꝫ hereditatis tue. feciſti ei nomē grande/ ꝛ ꝑcinxiſti eū virtute ad bellum. Iuraſti michi nec me fruſtrat' es: de fructu vētris mei naſci. Sēꝑ ſit filia mea bn̄dicta ꝑ cui' ſacrū vterū trāſiſti. Ineternū nō obliuiſcar iuſtificationes tuas ꝛc. Multiplicaſti ſuper me miam tuā. Prophetā me iſrael dediſti. Ad hāc vocem iunxerūt ſe yſaias/hyeremias/ezechiel/daniel/ꝛ oēs prophete ad dauid ad laudes ſoluendas dn̄o. Et ſimul cum ipo deinceps dixerunt. Incerta ꝛ occulta ſapientie tue manifeſtaſti nobis. Audiebam' q̄ loquebaris in nobis: magnifica nobis reuelabas. Expectauim' ſalutare tuum dn̄e: vt ante nobis ꝓmiſiſti. Ecce nunc faciem tuā oſtendis: addes q̄ nobiſcum loquebaris. Om̄es ergo ei genuflectam': qꝛ ipe eſt dn̄s deus noſter. Et omnes ꝓcidentes adorauerunt eum.

¶ Canticum eſdre/neemie/ꝛ ceterorum de tranſmigratione babilonis Ca. lxxxvii.

Preterea illi viri excelſi eſdras/neemias/ꝛ ceteri de trāſmigratione babilonis: tales laudes domino exoluerunt. Confitebimur tibi dn̄e in toto corde noſtro/laudabimus mirabilia tua. Deus i ſancto via tua: q̄s de' magn' ꝛc. Sꝫ in hūilitate noſtra me-

mor fuiſti noſtri. Oēs gētes plaudite ⁊c. Nos autem
populus tuus ⁊ oues paſcue tue/laudam⁹ te. Et oēs
ꝓcidentes adorauerunt eum.

¶ Canticum ſymeonis/iohannis baptiſte/⁊ eorum
qui fuerunt tempore chriſti. Ca.lxxxviii.

CUm autem nō ſolum de antiquis patrib⁹ vel ge
nerationibus ſed de ipſius dñi ieſu tēpore plures
inter ſanctos patres prius in limbo/⁊ nunc in para-
diſo terreſtri eſſent/ſymeon ⁊ iohānes baptiſta/ſacra
tiſſimi innocentes ⁊ felix ille latro cum dño ieſu cruci
fixo volentes ⁊ ipſi laudes dño exoluere:ſic dixerunt
Cōfitebimur tibi dñe ſcḋm iuſticiam tuam:⁊ noī tuo
pſallemus. Deus tu docuiſti nos a iuuentute noſtra
⁊ vſqꝫ nunc ꝓnūciabim⁹ mirabilia tua. Tu es agn⁹
qui tollis pctā mundi. Tu es q̄ oīm misereris. Sicut
audiuimus ſic te vidim⁹ oculis noſtris. Ex ore infan
tium ⁊ lactentiū pfeciſti laudē. Modicū enim labora
uimus/⁊ multā glīam contuliſti nobis. Et vidimus
gloriā tuā quaſi vnigeniti a patre plenum grē ⁊ veri
tatis. Et omnes ꝓcidentes adorauerunt eum.

¶ Canticum angelorum Ca.lxxxix.

QUia vero non eſt veriſimile q̄ a laude dñi ceſſa
rent angeli ſancti(quorum ibi erat multitudo co
pioſa) cum hoc ſit p̄cipue eoꝝ officium:vt reſtauratio
nis ſue recognoſcant beneficium:ideo ipſi exultātes
coram domino totaliter iubilauerunt Alleluya. alle
luya. alleluya. Te decet laus/te decet hymnus/⁊ tibi
reddetur votum in hieruſalem. Hymnum tibi domi
ne cantabimus de canticis ſyon. Exaltare ſup̄ celos
deus ⁊c. Confeſſionem et decorem induiſti ⁊c. Om-
nia ꝑ te facta ſunt alleluya alleluya. Exaltaſti vt gy-
gas ⁊c. Cum eſſes rex noſter āte ſecula:te feciſti pau

perem alleluya. Minoraſti te paulominꝰ a nobis: vt
noſtras ruinas reparares alleluya. Benigne feciſti ī
voluntate tua ſyon: vt edificaretur ſupna hierl'm alle
luya alleluya. Habitātes in domo tua in ſecula ſecu-
loꝝ laudent te alleluya. Et ꝑ oēs vicos tuos cantabi
tur alleluya. Tu facis āgelos tuos ſpūs/ꝛ miniſtros
tuos ignem vrentē. Tu numeras multitudinē ſtella
rum. Benedicite angeli dn̄i dn̄o. Laudate eum om̄s
angeli eiꝰ. Adorāt te oēs angeli tui alleluya. Et plu
ra alia que omitto. Tunc oēs ꝓcidentes adorauerūt
eū. In talibus canticis ꝛ laudibꝰ ſtabāt oēs ſancti pa
tres ꝛ angeli corā dn̄o qn̄ erant cū eis reuerenter ala
criter ꝛ deuote/ꝛ quaſi glorioſi ꝛ beati cōtinue iubila
bant. Aſpice ergo eos/ꝛ cū leticia cōgratulare eis/et
attende q̄ dicunt ꝛ diſce deum laudare venerari/et ei
gr̄as agere/beneficia ſua recognoſcere/ꝛ toto affectu
ſtude ad illā gl'iam pertingere vbi ſemꝑ cuꝫ tā nobili
multitudine in cōſpectu dei tui in laudibꝰ ꝑſeueres.

¶ Nona apparitio quō apparuit vndecim diſcipulis
ianuis clauſis. Johannis. xx. Ca. xc.

Aduenīēte aūt die octauo reſurrectōis iteꝝ appa
ruit dn̄s ieſus ianuis clauſis diſcipulis / et erat
thomas cum eis qui prima die non fuerat. Et cū alii
narrarent ei ꝙ dn̄m viderant: reſpōdit. Niſi videro
in manibꝰ eius fixurā clauoꝝ ꝛc. nō credā. Dixit er
go paſtor bonꝰ de ſuo grege puſillo ſollicitus. Pax
vobis. Deinde dixit thome. Infer digitum tuū huc:
ꝛ noli eſſe incredulꝰ ſed fidelis. Tūc thomas ꝓcidēs
tetigit cicatrices/et dixit. Dn̄s meus ꝛ deus meꝰ. Ho
minem vidit ꝛ deum credidit. Dixit etiā ſuā culpam
de hoc ꝙ dereliquerat eū ſicut alii dixerūt. Dominus
autem erigens eum dixit. Noli timere om̄ia dimiſſa

ſunt tibi. Hoc autē de thome dubitatione permiſſum eſt diſpenſatore: vt euidentioribus argumentis reſurrectio domini probaretur. Conſidera benignitatem ⁊ humilitatem ac feruentē amorem eius quomō mōſtrauit thome ⁊ aliis diſcipulis vulnera ſua vt tolleret omnem obſcuritatem a cordibus eorū ad ipſorum ⁊ noſtram vtilitatem. Reſeruauit autem ſibi dominus cicatrices vulnerum propter tria. maxime vt fidem faceret apoſtolis de reſurrectione: vt ipſas oſtendat patri quando vult placare eum ⁊ interpellare pro nobis. Eſt enim aduocatus noſter. Et vt eas oſtendat reprobis in die iudicii. Stat igitur dominus ieſus cū matre ⁊ diſcipulis ſuis per aliquam moram loquens de regno dei. Et ipſi cum eo in leticia magna audientes illa verba excelſa/et aſpicientes faciem eius plenam gaudio ⁊ decore. Attende eos circunſtantes et dominam familiarius iuxta eum: magdalenam vero ſemper ad pedes eius. Sta igitur tu mente reuerenter ⁊ iocunde a longe/ſi forte miſericordia motus faciat te vocari. Tandem dixit eis vt vadant in galileam in montem thabor (vt dicitur) et ibi apparebit eis/et benedictione data diſceſſit ab eis. Ipſi vero remanſerunt vt prius famelici ⁊ ſitibundi de ipſo: ſed plurimum confortati.

¶ Decima apparitio facta diſcipulis in galilea in monte thabor. Mathei vltimo Ca.xci.

Poſt hec diſcipulis ad dictū locum thabor pgentibus iterum apparuit eis dn̄s dicens. Data eſt michi om̄is poteſtas in celo ⁊ in terra. Ite docete oēs gentes baptizantes eos in nomine patris ⁊ filii ⁊ ſpiritusſancti/docentes eos ſeruare que mādaui vobis. Et cōfortemini quia ego ſum vobiſcum oībus dieb⁹

vſq3 ad cõſummationẽ ſeculi. Adorauerunt alit eum in ſuo aduẽtu cum magna iocũditate. Manifeſtauit autẽ eis qualiter eſt dñs oim. Dat eis mandatũ pdicandi ⁊ formã baptizandi/⁊ vigorẽ pmaximũ cum dixit ꝙ ſemp erit cum eis. Uides quantã iocũditatem dat eis ⁊ que inſignia caritatis. His igitur dictis per dñm ieſum ⁊ data benedictione/diſparuit ab eis.

¶ Undecima apparitio facta ſeptẽ diſcipulis piſcãtib⁹ i mari/⁊ comedit dñs ieſus cũ eis. Jo. vlt. Ca. xcii

Diſcipuli xp̄o adhuc remãſerunt i galilea: iuerunt autẽ quadã die piſcatum ad mare tyberiadis ſeptem ex eis/⁊ p totã noctẽ nichil ceperũt. Mane autẽ facto dñs apparuit eis/⁊ ſtetit in littore maris. Querens igit̃ dñs ieſus ſi aliqd cepiſſent/dixerunt ei. Nõ Dixit eis. Mittite in dexterã nauigii rethe/⁊ inuenietis. Miſerunt igit̃ ⁊ ceperũt magnã copiam piſcium. Dixit tũc iohãnes petro. Dñs eſt. Tunc petr⁹ nudus exiſtẽs ſuccinxit ſe tunica ⁊ feſtinus venit per mare. Alii xp̄o nauigio venerũt. Et cũ deſcẽdiſſent/viderũt piſcẽ poſitum ſupra prunas. Dñs eni hoc eis parauerat. Fecit etiam accipi de piſcibus eorum ⁊ aſſari. Et ſimul cum eis comedẽs fecit cõuiuiũ cu3 eis in littore maris ⁊ cõſuete mĩe ⁊ humilitatis more miniſtrans: panẽ porrexit eis: ⁊ piſcem fregit ⁊ dedit eis. Stant reuerẽter ⁊ alacriter iſti cũ dño ſuo pariter comedentes aſpiciẽtes faciẽ ei⁹ deſiderabilẽ ⁊ iocundã ⁊ exultant in cordib⁹ ſuis. Accipiunt eſcas de ſacratiſſimis manib⁹ ei⁹ ⁊ reficiunt̃ non min⁹ ſpũalit̃ ꝙ corpaliter O quale cõuiuiũ eſt iſtud. Attẽde vt cu3 eis paſcaris cogitãdo ꝙ vtilia ſunt ⁊ pulcra iſta. Nã cõpleto iſto ſolẽni cõuiuio dixit dñs petro. Diligis me pl⁹ his: dixit ei. Dñe: tu ſcis qr amo te. Dñs dixit Paſce agnos

meos. Et iterũ ſic interrogans: recõmendauit eĩ gregem ſuum. In quo caritatem ⁊ benignitatẽ dñi ſolidam cõſidera. Aperte vides ꝙ diligenter imprimit reiterat/affectuoſe recõmẽdat aĩas nr̃as petro. Item dñs poſt hec predixit petro mortem ſuã dicens. Cum eſſes iunior cingebas te ⁊c. Declarãs qua morte eẽt moriturus: quia per paſſionẽ crucis clarificaturꝰ eẽt deum. Et cum de iohanne petrus quereret / hic autẽ quid: dñs reſpondit. Sic eum volo manere donec veniam/quaſi diceret. Uolo ꝙ per viam paſſionis me ſequatur: ſed in ſenio ⁊ cõtemplatione quieſcat ꝙuis alii diſcipuli vix intelligerent ꝙ nõ moreretur. Sed hoc non erat magnum donum cum ſit melius diſſolui et eſſe cum xp̃o. Attendiſti ꝙ multa dicta factaqꝫ ſunt ⁊ magnifica in hac apparitione. Poſt hec diſparuit dñs ab eis ⁊ more ſolito rediit ad ſanctos patres diſcipuli vero cum magno gaudio remanſerunt. Et poſtea redierunt hieruſalem.

¶ Duodecima apparitio qualiter apparuit dñs Ieſus pluſ ꝙ quingentis fratribus ſimul Ca. xciii.

ITerum apparuit dñs ieſus vltra ꝙ quingentis fratribus ſimul: ſꝫ quo loco/vel qñ/nõ eſt ſcriptũ. Et ſtans inter eos loquẽſqꝫ de regno dei magna eos iocunditate impleuit. Habes igitur duodecim apparitiones dñi poſt reſurrectionem vſqꝫ ad aſcẽſionem abſqꝫ duabus cum aſcenſione ꝓxime dicẽdis. Et ſic fuerunt. xiiii. Scire tñ debes ꝙ in euãgeliis nõ ſunt ſcripte niſi decem. Nam ꝙ apparuit matri/nõ eſt ſcriptum in aliquo loco: ſꝫ ſic creditꝰ. Quõ autẽ apparuit ioſeph/legitꝰ in euangelio nichodemi. Quõ etiam iacobo minori/ſcribit apl̃s ad corinth. De quingentis fratribus ſcribit idẽ apl̃s. Alie vero ſcribuntꝰ in euã-

gelio. Potes etiam meditari de pluribus. Nam ve-
riſimile eſt ꝙ dñs benignus ſepe matrem ⁊ diſcipu-
los viſitabat/⁊ magdalenam dilectã diſcipulam cō-
fortans ⁊ exhilarãs eos qui ſic vehemẽter de paſſio-
ne ſua fuerãt perterriti. Quod etiam beatus auguſti
nus ſentit dicens: de tp̄e poſt reſurrectionē non om̄ia
ſcripta ſunt. Crebra erat eius cōuerſatio cum eis. Et
forte ipſi ſancti patres maxime abraham ⁊ quib⁹ fa-
cta fuit ꝓmiſſio de filio dei veniebant cum eo ad viſi
tãdum illã ſuam glorioſam filiã/ſcʒ matrē dñi ꝑ eis
⁊ oībus gratiam inuenit ⁊ genuit redemptorē. O ꝙ̄
letanter eam aſpiciebãt ⁊ reuerẽter ſe inclinabant: et
om̄i qua poterãt benedictione colebãt ꝙ̄uis nō vide
rentur ab ea. Cogita ſolitam benignitatē caritatē et
humilitatē dei. Vñ facimus mentionē ꝙ iſta in om̄i-
bus factis eius relucēt ꝙ poſtq̄ reſurrexerat/adhuc
ꝑegrinari per quadraginta dies voluit/vt ſuos diſci
pulos confirmaret ⁊ roboraret. Digne nēpe poſt tot
annoꝝ curricula: poſt tot labores ⁊ afflictiones: poſt
tam ignominioſam ⁊ acerbã mortem poterat trium-
phator ad ſuã gloriam remeare ⁊ ꝑ ſuos angelos cō
firmare ⁊ confortare ap̄los ꝓ ſuo nutu. Sed hoc nō
patitur caritas ſua: ſed ꝑſonaliter voluit conuerſari
cum eis per. xl. dies apparēs eis in multis argumen
tis ⁊ loquēs de regno dei. Pro eis fecit hoc ⁊ pro no
bis ſed non aduertimus. Dilexit ⁊ diligit valde nec
diligitur ad talem ⁊ tantum ignem non ſolum cale-
fieri ſed ardere deberemus.

## De aſcenſione domini noſtri ieſu chriſti. Actuum primo. Ca. xciiii.

Circa dñi aſcenſionem te eſſe vigilem oportet/ vt
ſi vnq̄ toto mentis conatu te preſentem exhibui

ſti verbis ꝛ factis eius. nunc multomagis facias. Nã
hec ſolẽnitas ſuperat oĩs alias/vt infra clarius oſtẽ
dam. Saltem hoc animet te ad attentionem quomo
do nunc aſcenſurus corporali preſentia completo ſue
peregrinationis curſu operatur. Unde verba ꝛ facta
eius ſũt attẽtius ꝯſiderãda. Quelibet aĩa fidelis de
bet ſponſum ſuum deum ꝛ dñm ſuum in eius diſceſſu
diligentiſſime obſeruare / et que per eum dicuntur et
fiunt mente viceroſius amplecti ꝛ ei ſe deuotius ꝛ hu
milius recõmendare ac totaliter animũ ſuũ ab aliis
retrahere. Die igitur quadrageſimo a reſurrectione
ſciens dñs ieſus quia venit hora vt tranſeat ex hoc
mundo ad patrem/cum dilexiſſet ſuos in finem dile-
xit eos. Accipiens igitur de paradiſo terreſtri ſctõs
patres ꝛ illas oĩs ſanctas aĩas ꝛ benedicens enoch
ꝛ helye ibi remanentibus ꝛ adhuc viuentibus venit
ad diſcipulos ſuos qui erant in cenaculo in mõte ſyõ
cum matre et aliis. Et apparens eis voluit ante di-
ſceſſum ſuum prandere cum illis in ſignum memo-
riale dilectionis ꝛ gaudii. Quibꝰ igitur ſimul comedẽ
tibus cum leticia magna in hoc vltimo conuiuio dñi
ſui/dixit eis dñs ieſus tempus eſt vt reuertar ad eum
qui me miſit/vos autem manete in ciuitate donec in
duamini virtute ex alto: quia infra paucos dies re-
plebimini ꝟtute ſpiritusſancti ex alto/vt vobis ꝓmiſi
Poſtea ibitis ꝑ vniuerſum orbẽ predicãtes euange
lium meũ/ꝛ baptizãtes credẽtes/ꝛ eritis michi teſtes
vſqꝫ ad vltimum terre. Exprobrauit autem incredu
litatem eorũ: quia his qui viderant eum reſurrexiſſe
non crediderant ſcꝫ angelis ſuis. Hoc nunc maxime
facit cum predicandum eſſe dicebat. Quaſi diceret:
multomagis vos debebatis ãgelis credere: ꝛ anteꝙ

videretis me/ꝙ gentes que credent vobis predican
tibus/nō me viderūt. fecit autē hoc vt ſuū defectū co
gnoſcētes/humiliores eſſent/oſtendēs eis in diſceſſu
ſuo ꝙtum placebat ei humilitas quaſi eam peculiari
ter recōmenderet eis. Querentib⁹ autē eis de futu-
ris tp̄ibus noluit eis reſpondere: quia nō expediebat
eis. Stans igit̄ / comedunt loquunt̄/de p̄ntia dn̄i ſui
gaudent: ſed turbant̄ de receſſu eius. Tanta amoris
dulcedine ⁊ magnitudine diligebāt eum / ꝙ v̄ba de
receſſu ſuo nō poterant equo tolerare aīo. Quid aūt
dicam de matre iuxta eum prandente: q̄ ſup oīs ſic
intenſe eum amabat. An non credis qꝛ ad hec verba
diſceſſus ſui maxime dilectiōis tacta ⁊ cōmota dulce
dine reclinaret caput ſuum ſup filiū ſuum: ⁊ recūbe-
ret ſup pectus ei⁹. Nam ſi iohānes fecit in cena: mul
tomagis meditari potes de ipſa. Vn̄ ſuſpirans cum
lacrimis dicebat ⁊ rogabat eum dicens. Fili mi ſi di
ſcedere vis: duc me tecum. Dn̄s autē ꝯſolans eam di
cebat. Rogo mater cariſſima ne moleſte feras diſceſ
ſum meum qꝛ vado ad patrem. Te aūt hic remanere
expedit ad tp̄s ad ꝯfirmandos credētes. Poſtea ve
niam ⁊ aſſumā te ad gloriā meā. Ad quē mater. Fili
dulciſſime fiat volūtas tua. Nam ego nō ſolū rema-
nere ſꝫ ⁊ mori parata ſum ꝓ aīabus ꝓ quib⁹ tu mor-
tuus es: ſꝫ eſto memor mei. Dn̄s autē eam diſcipulos
⁊ magdalenam conſolabat̄ dicens. Non turbet̄ cor
veſtrum neqꝫ formidet. Nō relinquā vos orphanos
vado ⁊ venio ad vos ⁊ ſemꝑ ero vobiſcum. Tandem
dixit eis vt vadant in monte oliueti: qꝛ inde volebat
aſcendere. ⁊ tunc diſparuit ab eis. Mater ergo ⁊ alii
ſine mora iuerunt ad dictum montē q̄ eſt ꝓpe hieru-
ſalem ad vnū miliare: ⁊ ibi iterum apparuit eis. Ecce

eum oēs electi tibi p̄ſentabunt cū corporib⁹ glorifica
tis. Propterea dixi tibi in principio/ q̄ hec ſolēnitas
omnibus conſideratis ſupeminet cunctis. Percurre
p ſingula ⁊ videbis ſi verum loquor. Magnū paſcha
⁊ ſolēne eſt incarnatio dn̄i ⁊ initium oīs boni noſtri.
ſed hoc nobis/non ſibi. Nā ipſe tunc in thalamo vte
ri virginalis incluſus eſt. Magnū etiā eſt paſcha na
tiuitatis dn̄i. ſed illud/nobis/non ſibi. Compatiendū
eſt q̄ ad tantā paupertatē vilitatem ⁊ penuriā natus
eſt. Magnū eſt quo ad nos feſtum eius paſſio: q̄r tūc
oīa pctā deleta ſunt. Nichil enī (vt ait Grego.) nobis
naſci ꝓfuit/niſi redimi ꝓfuiſſet. Sed ꝑpter tormēta
duriſſima ⁊ mortem turpiſſimam quam ſuſtinuit: nec
ſibi fuit nec nobis ibi materia gaudii: ſꝫ triſticie ⁊ me
roris. Magnum ⁊ ſolēne feſtum eſt verum paſcha re
ſurrectionis dn̄i noſtri ieſu xp̄i tam pro ſe q̄ ꝓ nobis
q̄r ipſe glorioſus triūphator apparuit/⁊ nos iuſtifica-
ti ſumus. Venerabilis igit̄ dies multum: ideo in ipſo
ſingulariter cantat eccl̄ia. Hec eſt dies quā fecit dn̄s
Et ſm auguſtinum hec dies ſanctior eſt aliis. Intelli
ge de precedētibus. Nam hec dies aſcēſionis maior
⁊ ſanctior videt̄: q̄r lꝫ reſurrexit dn̄s/adhuc tamē pe-
regrinatur in terris/adhuc eſt clauſa ianua paradiſi.
ahduc ſancti patres nō iuerūt ad patrem/que omnia
in aſcenſione cōpleta ſunt. Et ſi bene inſpicis quicqd̄
deus fecit vſqꝫ modo: fecit vt perueniret ad hanc diē
⁊ ſine hac die erant imperfecta omnia opera ſua. Nā
celum terra ⁊ omnia que in eis ſunt: facta ſunt pro-
pter hominem: homo autem propter gloriam haben
dam. Ad ipſum autem vſqꝫ nūc nullus poterat per-
tingere poſt peccatum q̄tūcunqꝫ iuſtus. Vides igi-
tur q̄ magnificus ⁊ mirificus eſt dies iſte. Similiter

magnum paſcha valde dies penthecoſtes/⁊ eũ mul-
tum ſolẽnizat eccleſia. et ratio eſt: quia tunc ſummũ
donum ſcilicȝ ſpiritũſanctum recipit: ſed illud nobis/
non ſibi. Sed hodiernus dies aſcenſionis eſt prope
feſtum ſolenniſſimum domini noſtri ieſu chriſti: quia
hodie incipit ſedere ad dexteram patris/⁊ requiem
capit a peregrinatione ſua. Et eſt feſtum supernorum
ciuium: quia nouum gaudium ſuſcipiunt de domino
ſuo quem ante ibi in humanitatis forma non vide-
rant/⁊ quia primo incipiunt reſtaurari ruine eorum
in tanta multitudine beatorum. Et etiam proprie fe-
ſtum illorum egregiorum patriarcharum propheta
rum ⁊ animarum ſanctarum: quia ad ſupernam ho
die patriam primitus venerunt. Si ergo facimus fe
ſtum de aliquo migrãte ad celo/q̃tomagis de tot mi
lib⁹: ſed et q̃to magis de ſancto ſanctorum: Eſt etiã
feſtum domine que filium regali dyademate coro-
natum ſic vidit tanq̃ verum deum ſuper excelſa aſcẽ
dere. Et eſt feſtum noſtrum: quia humana natura ho
die ſuper celos eſt exaltata. quia niſi chriſtus aſcen-
diſſet/illud donum ſcilicet ſpiritũſanctum pro quo ſic
merito ſolennizamus recipere nequibamus. Unde
dicebat diſcipulis ſuis. Expedit vobis vt ego vadam
Si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos.
Unde Bernardus. Solennitas iſta cariſſimi glorio
ſa conſummatio eſt/⁊ adimpletio aliarum ſolennita
tum/et felix clauſura totius itinerarii domini noſtri
ieſu chriſti fili dei viui. Merito ſolennitas diei huius
agitur qui ſol celeſtis iuſticie noſtris ſe preſentauit
obtutibus. Magna quoqȝ leticia et exultatio quan-
do conciſſo ſacco/leticia circundatus eſt/⁊ noſtre de-
dicauit exordia reſurrectionis. Uerũtamen quid mi

chi ex ſolennitatibus iſtis/ſi conuerſatio noſtra deti-
netur in terris? Dico igitur. Non multominus mi-
chi tolerabilior videtur huius exilii habitatio ꝙ ge-
henna. Deinde ait. Niſi abiero paraclitus non ve-
niet ad vos. Uides ne quēadmodum ꝛ ceterarum ſo
lēnitatum ea quam hodie celebramus ꝛ conſumma-
tionem habeat ꝛ fructum declaret ꝛ augeat gratiam
Sicut enim bona opera eius qui ꝓ nobis natus eſt:
ita eius quoqꝫ aſcenſio propter nos facta eſt/et facit
pro nobis. Hucuſqꝫ Bernardus. Manifeſte ergo vi
des ꝙ ſolennior eſt dies illa omnibus aliis ꝛ omnis
qui bene diligeret dominum ieſum hodie magis lau
daret ꝙ in aliqua die anni. Unde ipſe dicebat diſci-
pulis ſuis. Si diligeretis me gauderetis vtiqꝫ quia
vado ad patrem. Et ꝓpterea credo me recte dixiſſe;
quia nunꝙ in patria fuit aliqua dies tantum ſolen-
nizata vt iſta. Durauit autem gaudium et exultatio
tanti feſti/vſqꝫ ad diem penthecoſtes. Aſcenſio enim
domini fuit hora ſexta. Nam primo comederat ho-
ra tercia cum diſcipulis ſuis. Quāuis igitur in pa-
tria omnes exultarent vltra ꝙ dici poſſet; tamen pri
ma die/ſcilicet vſqꝫ ad aliam ſextam horam/angeli
fecerunt ſingulare feſtum/et dominus ieſus eis oſtē
dit et fecit aliquam familiaritatem ſingularem ꝛ cō
ſolationem. Secunda die fecerunt archangeli. Ter
cia die virtutes. Quarta die poteſtates. Quinta die
principatus. Sexta dominationes. Septima thro-
ni. Octaua cherubin. Nona ſeraphin. Hi ſunt no-
uem ordines angeloꝝ/et ſic hec durauerunt vſqꝫ ad
ſextam ſabbati vigilie penthecoſtes. Et extunc fece-
rūt feſtum ſancti patres vſqꝫ ad horam terciam diei
dominice.

TUnc his cōpletis dixit domin⁹ ieſu patri. Pater mi recordare ꝓmiſſi mei quod feci fratribus meis de ſpūſſancto. Reſpondit pater. Fili mi: multū gratum habeo ꝓmiſſum. Dicunt ergo ad ſpiritūſanctum. Rogamus te vt deſcendas ad diſcipulos noſtros ⁊ eos repleas/conſoleris/robores/⁊ inſtruas/⁊ cumulum virtutum ⁊ gaudium conferas eis. Et ait ſpiritusſanctus. Ecce ego paratus ſum. Et ſtatim venit ⁊ deſcendit repente in linguis igneis ſuper .cxx. diſcipulos ſimul congregatos / ⁊ eos repleuit omni gaudio: cuius virtute diſcipuli vegetati/docti/accenſi ⁊ illuminati/totum orbem cōcuſſerunt/ ⁊ pro magna parte ſibi ſubiecerunt. Deinde ſuperni ciues laudauerunt ⁊ ſemper laudent deum/ ⁊ habēt dies leticie/⁊ nunꝙ deeſt ibi ſolēnitas ⁊ gratiarū actio ⁊ vox laudis. Scriptum eſt enim. Beati qui habitant in domo tua ⁊c. Feſtinemus igitur nos ingredi in illam requiem vbi tanta ſuperabundat indeſinenter leticia/ et ad patriam noſtram totis conatibus ſuſpiremus: Odiamus huius mundi miſeri ⁊ putridi corporis noſtri compagē/⁊ eius curam non faciamus in deſideriis quando nos hic detinet incarceratos ⁊ peregrinos a tanto bono. Dicamuſqꝫ cum apoſtolo. Infelix ego homo quis me liberabit a corpore mortis huius Et iterum. Quādiu ſumus in hoc corpore/peregrinamur a domino. Cupio diſſolui et eſſe cum chriſto. Deſideremus corporis reſolutionem/⁊ eam cōtinue poſtulemus a domino. Et quia nos per noſmetipſos eam cum ſalute conſequi non valemus. interim ſaltē moriamur mundo ⁊ pompis ac concupiſcentiis eius. Abſtrahamus corde forti ⁊ perſeuerāti ab his rebus

caducis/miſeris/breuibus ⁊ leuibus. Fugiamus ꝯ-
ſortium tale harum viſibilium rerum/que vulnerant
⁊ interficiant animas noſtras. Aſcendamus autem
mente cum domino/aut potius ad dominum / ⁊ cum
ipſo ſit in celis conuerſatio noſtra: vt ſic facientes nõ
ex toto ſimus peregrini ⁊ aduene: ſed in tempore viſi
tationis nos ad ſe dignetur aſſumere/ipſe de quo lo
quimur dominus noſter Jeſus chriſtus qui eſt ſuper
omnia deus benedictus et laudabilis in ſecula ſecu-
lorum. Amen.

¶ Explicit liber aureus de vita chriſti per ſanctum
bonauenturã doctorẽ ſeraphicũ editus ſiue ꝯpoſitus

¶ Seq̃tur tabula capituloꝝ ĩ libro pñti contentoꝝ


| | |
|---|---|
| De meditationibus que precedũt incarnationẽ | i |
| De contentione inter miām ꝛ veritatem | ii |
| De his que poſteą in celo contingere potuerunt | iii |
| Incipiunt meditationes vite domini ieſu de incar-natione | iiii |
| Quomodo domina noſtra iuit ad elizabeth | v |
| Quomodo ioſeph voluit eam occulte dimittere | vi |
| De natiuitate domini noſtri ieſu chriſti | vii |
| De circunciſione domini | viii |
| De epyphania domini | ix |
| Que facta ſunt in preſepio poſt oblationem | x |
| De purificatione beate marie virginis | xi |
| De fuga domini in egypto | xii |
| De reditu domini ab egypto | xiii |
| Quomodo puer ieſus remãſit ĩ hieruſalem | xiiii |
| Quid fecit dominus ieſus a duodecimo ãno vſq; ad principium triceſimi anni vite ſue | xv |
| De itinere domini ad baptiſmum | xvi |
| De ieiunio ꝛ tentatione domini ieſu | xvii |
| De apertione libri in ſina goga | xviii |
| De prima vocatione apoſtolorum | xix |
| De miraculo facto ad nuptias | xx |
| De ſermone domini in monte | xxi |
| De ſeruo centurionis et filio reguli | xxii |
| De paralitico miſſo per tectum | xxiii |
| De ſocru ſymeonis petri | xxiiii |
| De dormitione domini in nauicula | xxv |
| De filio vidue ſuſcitato | xxvi |
| De puella ſuſcitata | xxvii |
| De conuerſatione marie magdalene | xxviii |

Quomodo iohannes baptiſta miſit diſcipulos ſuos ad chriſtum xxix
De morte beati iohannis baptiſte xxx
De locutione dñi cum ſamaritana xxxi
Qualiter dominus ieſus fuit ductus vſq; ad ſupercilium montis xxxii
Qualiter dominus ieſus ſanauit quendam habentem manum aridam xxxiii
De multiplicatione panum xxxiiii
De fuga domini quando turba voluit eum facere regem xxxv
Quomodo dñs ieſus orauit in monte xxxvi
De muliere chananea xxxvii
Quomodo aliqui ex verbis domini ſcandalizati ſunt. xxxviii
De retributione relinquentium omnia xxxix
Qualiter dominus ieſus queſiuit a diſcipulis quid dicerent de chriſto xl
De tranſfiguratione dñi in monte thabor xli
Qualiter dominus ieſus duabus vicibus eiecit vendentes & ementes in templo xlii
De probatica piſcina lxiii
Quomodo diſcipuli vellebant ſpicas propter famem xliiii
De miniſterio marthe & marie xlv
Diſtinctio contemplationum xlvi
De impedimentis contemplationis & que vita alteri preferatur. xlvii
Quomodo dominus ꝑdixit iudeis ꝙ eccleſia deuolueretur ad gentiles xlviii
Quomodo iudei voluerunt capere dominum Jeſum in ſermone xlix

De ceco in hierico illuminato
Quomodo dominus Jeſus intrauit domum Zachei. li
De ceco a natiuitate illuminato lii
Quomodo abſcondit ſe dominus ieſus exiens de tẽplo liii
Quomodo alia vice iudei voluerunt lapidare Jeſum liiii
De reſurrectione lazari lv
De maledictione ficus lvi
De muliere in adulterio deprehenſa lvii
De conſpiratione iudeoꝝ contra dñm lviii
Qualiter dominus rediit bethaniam lix
Quomodo dominus ieſus mortem ſuã predixit matri ſue lx
De cena domini lxi
De paſſione domini ieſu in generali lxii
Meditatio paſſionis in hora matutinali lxiii
Quomodo prĩcipes duxerũt Jeſum ad pylatũ lxiiii
Meditatio paſſionis ad terciam lxv
Meditatio paſſionis ad ſextam lxvi
De mora noſtre domine iuxta crucem lxvii
Meditatio paſſionis in hora completorii lxviii
De die ſabbati lxix.
Quid fecit dominus in ſabbato lxx
Canticum ſanctorum patrum in limbo lxxi
De reſurrectione domini prima apparitio quomodo apparuit matri ſue lxxiii.
Quomodo magdalena et alie mulieres iuerunt ad monumentum lxxii.
Secunda apparitio quomodo apparuit magdalene lxxiiii.

AAaabbcc

Zas
li
lii
oc'tē
liii
Zes
liiii
lv
lvi
lvii
lviii
lix
rma
lx
lxi
lxii
lxiii
lxiiii
lxv
lxvi
xvii
xviii
xix.
lxx
lxxi
odo
xiii.
t nd
xii.
ales
iiii.
C

BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001961156
Ilav.
DIPUTACIÓ DE BARCELONA
Biblioteca de Catalunya
Reg. 478.834
Sig.
Mar 444-12º